

Bibliot. Synodi Evang.-Reform. Olens.

I.C. N° 1284.


A-2750.

Nikolaj syn e Nikolaja Pac, autor niniejszej  
księgi, biskup Kijowski 1564, otwarcie  
przytaczają do reformacji, o co 1568  
papież mianował Zygmunta Augusta  
do biskupów duktów dalej Kijowski ewangelickie  
w Krołewcu, ostatecznie złożony w  
1583 zasadz Karczewanem Smoleńskim,  
zmartw r 1585.

# ORTHODOXA FIDEI CONFESSIO

DE VNA EADEMQUE DEI  
PATRIS, FILII, ET SPIRITVS SANCTI  
DIVINITATE, AC TRIBVS PERSONIS.

tamē scriptura sacra, quam uictusissi-  
mis Ecclesiæ doctoribus sum-  
matim collecta.



## IVDICIVM D. GEORGII

Weigelij Theologi de hoc scripto.

Libenter hoc scriptum uidi, studiose perlegi, Orthodo-  
xum & fidei Christianæ ἀνάλογο deprahendi. Quare  
maiorem in modum probo, & publicari opto, ut pluribus  
communicari possit. θυτῷ καγώφρωνῷ Καζ. πισίνῳ.

REGIOMONTI BORVSSIAE

in officina Iohannis Daubmanni,

Anno D. 1566.



# SPECTABILI ET MAGNIFICO DO-


MINO, D. IOHANNI CHOT-  
KOWICZ, SUPREMO MAGNI DV-

CATVS LITHVANIAE MARSALCO, ET  
generali Samogitiae Capitaneo &c. Domino  
amico charissimo & obseruadissimo.



VM IN HAC VLTI-  
ma Mundi senecta, & fatali  
quodammodo rerum om-  
nium ruina, miserandam  
Ecclesiaz faciem contem-  
plor, non solum foris tot atrocissimis im-  
manissimorum hostium insultibus obie-  
ctæ, verum etiam domi tot virulentissimis  
diuersissimarum sectarum opinionibus di-  
stractæ, ut in duorum quoq; triumue con-  
gressu summam nunc fidei ac religionis in-  
uenias disparitatem : Evidem & idolatri-  
carum superstitionum corruptelarumq;  
doctrinæ, quæ nostra hæc tempora paulo  
antecesserunt, recordatione, & imminentia-  
um ex tam enormi factorum omnium &  
prophanorum confusione, periculorum &

A z calami



calamitatum metu, non possum non toto  
pectore eohorrescere.

Nam sicut olim contemptis & abiectis  
honestissimarum artium & literarum stu-  
dij summa sequuta est barbaries, & res  
præclara illa eximiaq; fides tantisper cæcis  
improbæ mentis cupiditatibus seruït, dum  
genuina cœlestis doctrinæ puritas sensim  
amissa est: ita fieri non potest, quin nostro  
etiam seculo, præhensis & disseminatis pa-  
sim tam uarijs absurdissimorum dogma-  
tum portentis, & affectata docentium dis-  
centiumq; inscitia & incuria, ne oscitantia  
dicam & malitia, paulatim sacrosancto sub-  
lato ministerio, tum diuinæ ueritatis ener-  
uetur certitudo, tum extrema Reip. totius  
& Ecclesiaz uastitas sequatur.

Paucis enim hisce annis, ab inquietis  
aliquot ingenij, nescio cuius in Ecclesia  
reformationis prætextu, fucato planè &  
hypocritico zelo, ita omnia carptim distra-  
cta & conuulsa sunt, ut contemptim spretis  
artium linguarumq; disciplinis, repudiata  
illustriū in Ecclesia Doctorum autoritate,  
abolito magistratu & ordine politico, non  
modo legitimus & a Christo salubriter in-  
stitutus

3

stitutus Sacramentorum usus elanguerit, ac  
propè iam totus euanuerit, uerum etiam de  
ineffabili natura & maiestate Dei uariæ sive  
motæ quæstiones, & ipsa filij sancti; Spi-  
ritus diuinitas apud imperitam plebem, eti-  
amnum propalam in dubium uocetur.

Quibus omnibus cum fides nostra &  
religio ueluti firmissimo insistat fundamen-  
to: Episcoporum profecto munus & pio-  
rum in Ecclesia doctorum est officium, ut  
pro suæ quilibet uocationis modo, uersati-  
lem diuini uerbi stringat gladium, falsa rese-  
cet dogmata, uim patienti opituletur ueri-  
tati, & saucias uulgi sanet seruetq; consciens-  
tias: Sicut & magistratui politico ea diuini-  
tus incumbit cura & sollicitudo, ut petulan-  
tiā turbulentorum hominum coherceat,  
nouarum rerum studiosos suppressat, recte  
docentes foueat & tueatur, tranquillitatem  
ac pacem Ecclesiaz restituat & conseruet.

Cum itaq; in tantis confusionibus  
Specie. Magnificentiam uestram pro singu-  
lari sua in ueram pietatem ac religionem ob-  
seruantia & amore, nominatim a me ali-  
quoties meminerim petiisse, ut quid de ho-  
rum temporum controuersijs in articulo

Trinitatis sentirem, paucis ostenderem,  
edita brevi & perspicua fidei meæ hac ipsa  
de re confessione: Morem haud illubenter  
gessi huic illius uoluntati, & quicquid per  
occupationes publicas raptim conscribere  
licuit, eidem nunc ut legat & dñjudicet offe-  
ro, illius simul precibus gratificaturus, &  
pro officij quo defungor, ratione, meam  
ipsius conscientiam exoneraturus.

Summatim autem pleraq; comple-  
xus & bona fide aperte professus sum, quæ  
ad eam quæstionem potissimum facere ar-  
bitrarer, & cum perpetuo Ecclesiæ Pro-  
pheticæ & Apostolicæ consensu congrue-  
re scirem.

Nam & innouatorum istorū, qui ades-  
o audacter & incircumcisè de tantis arca-  
norum Dei mysterijs deblaterare non eru-  
bescunt, coargui temeritatem & inconsides-  
rantiam, aliquot exemplis ethnicorum, qui  
olim reverenter cumprimis & uerecundè  
de numine diuino licet non satis cognito,  
naturæ ipsius ductu loquuti sunt: & hor-  
rendos itidem errores ebrundem nostri  
temporis gentilium breuiter ac solide re-  
futauit

futauit, ordine recensitis fontibus, c<sup>o</sup>quis  
bus hæreses singulæ in unam hanc Lernam  
promanarunt.

Exinanitio quippè filij Dei, Domini  
nostrí Iesu Christi, qua uera illum diuinitas  
te sua & gloria spoliant, cum Ebionitis,  
Cerintho, Ario, Nestorio, Eutichete, Aetio,  
& id genus alijs portentosis monstris  
omnino ipsis communis est: Nam & nuz  
dum hominem esse Christum Ebionitæ, &  
non uerum natura Deum Cerinthus, nec  
unius & eiusdem substantiæ cum patre  
Arius docuit: sicut Idiomatum commu-  
nicationem Nestorius sustulit, & diuinam  
Christi naturam in humanam esse conuer-  
sam Eutyches uoluit: Aetius uero syllabis  
certis ita patrem, filium & spiritum sanctū  
in scriptura semper distingui finxit, ut diuer-  
sa enunciatione naturæ significetur inæqua-  
litas: quæ anathemata omnia in suum isti  
commentum, satis friuolum consuerunt,  
ut scripta ipsorum & dicta testantur.  
Spiritum uero sanctum quod inuocandum  
negant, à Macedonio nimirum acceperunt  
& illius sequacibus, quibus cum inexpibili  
sacrilegio Spiritum sanctum Deum esse  
diffiten-

Hæreticorum opinio.

dissententur, ideoq; pari cum patre ac filio  
gloria & honore prosequi dignantur.

His itaq; refutatis, lectorem ad ue-  
ram æterni Dei cognitionem deduxi, &  
catholicam Ecclesiæ orthodoxæ sententi-  
am, (quam & reuerenter sequor, & mordi-  
cus retinendam censeo) de uno uero Deo,  
non patre illo seorsim, sed patre, filio & spi-  
ritu Sancto coniunctim, ita tamen ut nihil  
sit confusum aut conflatum, sed tres perso-  
næ illæ semper & ubiq; proprietatibus in  
communicabilibus uerè ac realiter distin-  
ctæ sint, tam sacrarum literarum oraculis,  
Propheticis & Apostolicis scriptis, quam  
Oecumenicorum aliquot Conciliorum de-  
cretis, patrum uetustissimorum testimo-  
nijs perpetuo totius orbis consensu eviden-  
ter asserui & confirmavi.

Receptas item & usitatas in Ecclesia  
uoces Essentiæ ac personæ contra Sabelliu-  
m & alios, consubstantialitatis contra A-  
rium, tum loquendi in concreto uel abstra-  
cto formulas, Idiomatum communicati-  
ones, & id genus phrases contra Nestori-  
um & Eutychen, sapienter ac necessario  
excogitas & inuentas, nec cum sacrili-  
teris

teris pugnare, nec temere abhiciendas esse  
ostendi, sed artificiosis uocabulis cœlestem  
ueritatem magis magisq; illustrandam &  
ad posteros propagandam.

Tandem confutatis obiectionibus ca-  
lumnijs & conuitjs quorundam simpli-  
cem proposui Confessionem, non tam me-  
am quam totius Ecclesiæ Christi, e uiuis sa-  
crarum literarum fontibus petitam, & una-  
nimi Orbis uniuersi iudicio probatam, re-  
ceptam, & contra portas inferorum, in  
hanc usq; diem constanter obseruatam &  
defensam, quæ disertè ac perspicuè ortho-  
doxam fidei doctrinam, contra phanaticas  
Ethnicorum omnium & Hæreticorum o-  
piniones breuissimè complectitur, ut & rus-  
diores norint, quid hac in parte sentiam,  
quamq; nihil cum ullis impiorum sectis  
commune habeam, & idem si uelint securè  
sequantur.

In cuius fidei expositione, breui illa  
quidem & succincta, si forte Spect. Mag.  
uestræ desiderio ac expectationi non om-  
nino satisfecit, meminerit quæso exactioris  
caussam hanc iudicij ac deliberationis esse,  
quam ut in summis Reip. negocijs obirer

B

simul

simul & pro dignitate tractari possit: Offici-  
um tamen qualecunq; hoc & studium meū  
ut gratum interim habeat & commenda-  
tum, contraq; rabidos & uenenatos hostiū  
ueritatis ac ordinis morsus eidem patroci-  
netur, ac me quoq; solita benevolentia & a-  
more prosequatur, maiorē in modū peto.

Faxit clementissimus Deus ut Spect.  
Mag. uestra in florentissimo Reipub. statu,  
& summo illo amplissimorum honorum  
fastigio prospera ualeitudine secundisq; re-  
bus ad gloriam nominis diuini & publicam  
communis patriæ utilitatem atq; commo-  
dum salua & in columnis quam diutissime  
fruatur. Datum Brzestæ in Conuen-  
tione generali, 22. Iulij, Anno  
post natum Christum,

M. D. LXVI.

Spectab. Mag. uestræ.

Obsequentissimus ami-  
cus & seruitor.

Nicolaus Pacz Episcopus  
Kjouiensis &c.  
manu propria.

6

# PRÆFATIO

## D. GEORGII

### WEIGELII THEOLOGI

#### AD LECTOREM.



I IN MAGNIS UT  
ille ait, & uoluisse sat est,  
quanto satius, fœliciter &  
grata breuitate id præstis-  
tisse, quod alij iam dudum  
ardentibus uotis, in hoc laborum genere  
expectarunt, alij minus feliciter, ideoq;  
magis prolixè atq; obscurè tatarūt, alij licet  
ingenio & eruditione instructi, maiestate  
tamen argumenti deterriti nihil præstiterūt.

Hoc magis laudandus pulcherrimus  
istorum conatus, laborg; multo utilissi-  
mus, qui ad præclaram tuendæ ueritatis  
atq; ornandæ Ecclesiæ uoluntatem, pa-  
rem adferunt eruditionem: in hoc unicè  
incumbentes, ut periclitanti Ecclesiæ Chri-  
sti adsint & prosint, ut hæreticis, ἀντιδίσοις  
καὶ δολοῖς ἐργάταις resistant, & orthodoxis  
εὐφέραις & τῷ τοῦ ἀληθείας λόγῳ ορθοτομοῦσιν.

A z assistans

afflstant, ut constantem & perpetuum Ec-  
clesiae consensum propugnent, & pugnates  
inter se hæreticorum opiniones oppugnet.

Id cum præclarè in hoc libello præsti-  
terit Reuerendissimus & amplissimus vir,  
Dominus Nicolaus Pacz Episcopus Kijos-  
uiensis, non possum non & mihi gaudere,  
quod gregatio Christi militi tantus dux  
contigerit, mihi inquam hucusq; Dei bene-  
ficio, sat animoscè belligerato cum Ariano-  
rum & Anabaptistarum centurijs, ne dicam  
cum D· Paulo bestijs, & Ecclesijs in his Li.  
1. Corint. 15. thuanicis oris gratulari, quod Episcopum  
habeant & rectè intelligentem & gnauiter  
tuentem incorruptam Christi doctrinam.

Et idipsum profectò est Episcopum  
agere, paterna gregis sibi diuinitus com-  
missi cura atq; solicitudine affici & prouide-  
re, ne gregi rapaces immineant & insidien-  
tur lupi, ne infoelici hæreticorum lolio, &  
corruptæ doctrinæ ueneno inficiatur.

Est plena laboris functio πίστος; inde D.  
Paulus I. Timoth. 3. inquit: Si quis Episcopi  
munus appetit, honestum opus desiderat.  
Hic scopus omnibus sit propositus, ut non  
tam præsint quam prosint, non tam respi-  
ciant

ciant ad Copas, ad rem nummariam & re-  
ditus, quàm ad κόπους, id est labores in do-  
cendo & gubernando Ecclesiā.  
Copa Polonis  
Sexagena.

Non pauci uero hodie sui immemores  
officij magis inuigilant nummo, quàm nu-  
mini; plus calici quàm codici student; ma-  
lunt superbè regere, quam sollicitè legere;  
plus terrestri cœno, quàm cœlesti cœnæ in-  
tenti, secularibus honoribus graues, Eccle-  
siasticis oneribus leues. Inde sit, ut parum  
sint solliciti de salute gregis, modo ipsi bellè  
saginentur in summo ocio & luxu. At isti  
supinæ securitati & αλλοτριωτισμῷ (ut cum  
D. Petro loquar) grauissimas poenas com-  
minatur passim in factis literis Dominus:  
Quare si sapiunt, mature euigilent, & huc se  
totos comparent, ut & summo Regi grata,  
& commisso Gregi salutaria proponant.

Qui piorum non ingemiscat totusq;  
cohorrescat conspiciens miserabilem Ec-  
clesiarum in his regionibus faciem ἀναχθε-  
νεῖται Nihil non hucusq; à phanaticis  
hominibus μασούλιά τοις κοὺ μασούλια tentatū  
est, ut Christus cum uniuerso Ministerio  
imminueretur, Magistratus & ordo polis-  
ticus uilesceret, literæ & linguae abolerentur,

B 5 deniq;

deniq; omnia sacra & humana cōfūderētur.

Tribus his ordinib; quibus orbis Christianus pulchrē cohāret, & quasi compingitur, perpetuo insidiatur Sathan, Ecclasiastico, Politico, Oeconomico, propterea subinde excitat conuenientia sibi organa, homines irrequietos, præfractos, impudentes, & ut Græcus ille historicus inquit, ἡπεροπτὰς τῷ οὐαδόπωμ, φιλοναινούσης δουλους ἀλέπων, id est, contemptores usitatorum, innovatores & absurdarum opinionum seruos, qui portentosis dogmatibus, & perpetuis innovationibus atq; cōfusionibus Ecclesiasticis politias, & Oeconomias turbat & dissipat.

Magistratus certè est huc unicè incumbere, ut indocta & furiosa temeritas eiusmodi hominum coercentur, puritas cœlestis doctrinæ magis magisq; propagetur & conseruetur, deniq; literarum & linguarum studia soueantur & prouehantur, quibus ceu certissima antidoto pestifera hereticorum dogmata evertuntur.

Prodest itaq; multos eiusmodi libellos publicè extare, ut doctrinæ christianæ certitudo, & consensus Ecclesiæ perpetuus omnibus in cōspectu sit, quo magis sibi capiant

ueant à virulentis istiusmodi dogmatistis,  
Christi, Magistratus, & literarum hostibus.

Ego sane hunc de sancta Trinitate libellum Reuerendissimi præsulis magna cum uoluptate & studio perlegi. Optarim toto pectore plures eius exemplo Christianæ ueritatis patrocinium suscipere, Ecclesiam Christi authoritate, uoce, & scripto ornare & iuuare, & hæreticis contraria asserentibus pro uiribus resistere: sic breui opinor fieret, ut optata Ecclesijs pax & integritas rediret, & suus literis & honestis disciplinis honos & pristinus nitor constaret.

Propterea autem uehementer probo hoc eruditum & pium scriptū, quod in eo uera & constans uniuersalis Ecclesiaz de S. Trinitate sententia piè defenditur, & cōtraria solidè refellitur: recitatis præter prophes- tica & Apostolica scripta ueterum synodis piè consentientibus, & damnatis nouis ho- rum temporum harumq; regionum Arias- nis & Trideistis.

Huic scripto optarim adiungi eiusdem planè sententiaz opusculum, nobilitate & eruditione eximij viri Domini Andreæ Volani, quod initio motæ in Li-

in Lithuania controværsiæ de S. Trinitate,  
authoribus opposuit, & postea unâ tecum  
( pro nostra amicitia mutua, quam fidei &  
studiorum societas facile pepererat ) sae-  
pe ingentibus his confusionibus ex indocta  
temeritate natis ingemuit,

Hunc itaq; pium & salutarem laborem  
ornatissimi Antistitis omnibus pjs & φιλα-  
νθρωποι magnopere commendo, & dignissi-  
mum iudico, qui publicetur, ut eius fructus  
ad plurimos peruenire possit. Nam præter  
rei de qua tractatur ueritatem, phrasis est e-  
legans, terfa, docta, & perspicua, ut planè ge-  
minum inde fructum Lector percipiat, Al-  
terum ut ueritatem rectè cognoscat, Alte-  
rum ut eruditionem locupletet.

At ne prolixiori prafatione Lectori  
molestus sim, ad ipsius scripti lectionem es-  
sum amanter inuisto, & oro, ut in tradita & il-  
lustrata hic ueritate acquiescat, & authori  
benemerito, omnibusq; rectè sentientibus  
bene preceretur. Faxit Dominus ut omnes  
in ueritatis consensu coalescamus, Amen.

Data Brzestæ, in conuentu procerum Li-  
thuanie die 22. Iulij. Anno 1566.  
Soli Deo gloria.

si. I. iii

# EPIGRAMMA D. GEORGII WEIGELII AD LECTOREM.

Est breuis iste liber: sed dulcis & utilis omni.  
Quis quis amat ueri dogmata sana Dei.  
Namq; unū docet esse Deū reuerēter habēdū,  
Patrem cum Gnto pneumatice cūq; sacro.  
Tres una Deitate pares, uirtute, & honore,  
In quibus esse prius posterius nūc nihil.  
Hæreticos post sternit apros, Arijg; nepotes,  
Qui Christum nolunt ymītō esse Deum.  
Quiq; Ministerij conspurcant munera sacri,  
Atq; Magistratus iura uerēda grauis.  
Hunc igitur scriptum docta breuitate libellū  
Perlege, & authori, Lector amice, fauc.

ALIVD EIVSDEM.

Tempus in omne Dei manet inuiolabile uerbū,  
Quod quāq; premitur, nō tamē opprimitur.  
C Gloria



Gloria magna Deo qui condidit omnia soli  
Patri, cum genito flamme cumq[ue] sacro.

D. GEORGII  
PRECATIO AD CHRL-  
stum eiusdem.

Christe Dei fili, coelestis imago parentis,  
Emmanuel, famulis semper adesto tuis.  
Arce Arij fratres hostes Deitatis Cartis,  
Miscentes summis infima quæq[ue] polis.



MUND EINSDEW

Tenuimus in omni Dei misericordia opere ingredi-  
Gloria deus q[ue] p[ro]miserunt, q[ue] latentes obdormivit.

C Gloria

# ORTHODOXA FIDEI CONFESSIO

DE VNA EADEM QVE DEI  
PATRIS, FILII, ET SPIRITVS SANCTI  
DIVINITATE, AC TRIBVS PERSONIS,  
tamē scriptura sacra, quam uetus testi-  
mis Ecclesiæ doctoribus sum-  
matim collecta.



**M**IRARI PLEROS-  
que credo, quid sit, quod cum eru-  
ditissime de primario fiduci no-  
stræ fundamento, uera scilicet  
eterni Dei cognitione, lucubrationes, iam os-  
lim a præcipuis Ecclesiæ columnis, insignibus  
illis superiorum temporum doctoribus, in lu-  
cem editæ, & ad nos fideliter conseruatæ  
sint, ego tamen eandem hanc materiam de nouo  
tractandam suscepimus: qui sanctissimos illos  
patres nec eloquentia uincere, nec ingenio æ-  
mulari, nec iudicio possim affequi. Omnes e-  
nim illi hac quidem in parte sacrosanctum cœ-  
lestis doctrinæ ueritatem ita dilucide expli-

C z carunt,



96919

carunt, ut si quis post eos scribere quicquam  
uelut, nihilo plus ipsorum dogmatibus adferat  
lucis, quam radijs solaribus accensa candela  
fulgoris. Verumtamen cum nouo quodam stra-  
tagemate, & astu exquisitissimo saluti nostræ  
hoc infeliciſſimo ſeculo Diabolus hofiliter  
infidiaretur, & pro uno uero Deo, nescio  
quod ficticium numen, & tres diuersos ſpiri-  
tus ſupponere moliretur, muneris mei eſſe duxi  
pro mediocritate accepti a Deo doni, labo-  
ranti ſuccurrere ueritati, & sanctorū illorū  
patrum exemplo pro uiribus Eccleſiae opem  
ferre, non quidem ut illa qualicunq; hoc præ-  
ſidio meo ſatis firmiter defenſa, uerum ut ne  
omnino deserta eſſet.

Homo in  
quem finem  
condiuit;

Cum enim genus humanum in huc præci-  
pue finem coniderit Deus, ut ab eo agnitus  
in omne œuum celebretur, immensaq; bonitate  
ac misericordia certum & expreſſum nobis  
tradiderit uerbum, quo ſe ſuamq; uoluntatem  
clare patetfecit, ſane illius doctrine uer.eq;  
Dei cognitionis conſeruandæ ſtudium, com-  
mune quidem eſſe debet omnium, quicunq; ſal-  
tem

11

em Christo dederunt nomina, & repudiato  
Idolorum cultu, unius ueri Dei professionem  
suscepereunt, sed tamen eorum præcipue, qui ut  
in Ecclesia priori loco atq; dignitate sunt, ita  
plurimum operæ adhibere debent, ut quam à  
Prophetis, Christo & Apostolis doctrinam  
acceperunt, eam incorruptam ad posteros con-  
seruent atq; propagent. Hæ nimirum fuerunt  
causæ, que animum meum, qui episcopali fun-  
gerer officio, ad scribendum summoperè im-  
pellerent, non quod noui quicquam in medium  
proferre cogitarem, sed quod perpetuum Ec-  
clesiæ in hoc articulo consensum simplicissima  
professione mea cōtestatum, nomenq; meū, cuius  
prætextu nōnulli ad impia sua & prophana sta-  
biliēda dogmata, à fide mea plane discrepatia,  
apud imperitos non minus audacter quam im-  
pudenter abutuntur, omni suspitione ac iniu-  
ria penitus liberatum & exemptum uellem.

Candidum itaq; lectorem & mente chris-  
tiana præditum oro, obtestor, & obsecro, ut  
omnibus sepositis affectibus attente' primum  
egat, quæcunq; huic aduerti Dei cognitionem

C      3      tam

tam eis sacris scripture oraculis quam purioribus antiquissimorum patrum scriptis de-  
prompta sunt: deinde secum etiam atq; etiam  
deliberet, utrum malit in tanti re momenti  
perpetuum Ecclesiae consensum pacata sequi  
conscientia, & indubitate salutis spe, quam  
animo semper fluctuante ac incerto, quovis  
doctrinæ uento temere circumferri, & reli-  
eto uero pastore Christo mercenariorum uo-  
cem agnoscere, qui lupum rapacem agmina te-  
gentes pelle, infirmo Christi & non satis cau-  
to gregi passim nunc impune obrepunt.

Nam non ita pridem Valentinus quic-  
dam Gentilis, & nonnulli alij eius farine ho-  
mines, nescimus unde in inclitum Poloniæ re-  
gnum & magnū Lithuaniae ducatum ingressi,  
nostrorum uel ignorantia uel incuria miras  
quasda opiniones suas, & mera prophane mē-  
tis somnia sensim inuixerūt, que cum a rudi &  
misera plebe, nouarumq; rerū plus satis studi-  
osa cupidé acciperentur, tantas paulatim sum-  
pserunt vires, ut ferè uniuersas istas regiones  
tam pestifero contagio inficerent.

Mota

Mota est autem questio de ipsa Dei maiestate,  
 & diuina, quam uocant, essentia seu natu-  
 ra, quam illi unam & eandem patris, filij &  
 Spiritus sancti esse negant, sed peculiarem  
 quandam ingeniti patris constituunt, que fons  
 & origo sit diuinitatis filij & spiritus san-  
 cti. Nam filium quidem unigenitum nativita-  
 te, Spiritum uero sanctum processione, ab ete-  
 rno patre accepisse asserunt quicquid sint, nec  
 alia de causa filium Dei Deum dici, quam quod  
 diuinitate ab ipso patre, quadam naturae deri-  
 vatione donatus ac essentiatus sit, sicut &  
 Spiritus sanctus, quem propterea a solo pa-  
 tre procedere putant, quod omne suum esse  
 non aliunde quam ab hoc quasi fonte habeat.  
 Atq[ue] ita diuinam naturam, quae omnium  
 consensu unica est & simplicissima distra-  
 bunt ac discerpunt, & sacra scriptura  
 rarum oracula ad sui captum ingenij re-  
 uocantes, unum quidem Deum nomine pro-  
 fitentur, nimirum uel ipsum solum pa-  
 trem, quod Arianum est, uel tres spiritus  
 statuendo, tres etiam Deos extruunt, quod  
paganum=

paganum & impium: quæ omnia ipsorum scri-  
pta testantur.

Ex falsis hisce principijs alia atq; alia  
subinde absurdâ extruunt, diuinitate filium  
priuant, Spiritum sanctum exuunt, dum hunc  
scilicet filio, illum autem patre minorem faci-  
unt, in tantum etiam, ut filium non nisi prece-  
rio Deum agnoscant: Spiritum sanctum uero-  
ne inuocare quidem aut colere uelint. Et  
quamvis alias obiter affirment, Christum esse  
Deum & hominem, & totum probobis passum  
esse: tamen alias ore scriptisq; aperte do-  
cent, diuinam Christi naturam, tunc cum uera-  
bum caro fieret, plane in humanam esse demu-  
ratam. Que omnia cō tandem spectauit, ut exi-  
nanito Christo, & profligato Spiritu sancto,  
satis superq; iam ante a multis annis labefac-  
tata in hisce regionibus Ministerij dignitas  
& amplitudo omnis concidat, & blasphemis  
disputationibus amissa potius quam asserta  
caelestis doctrine ueritate, nec suis Dco.con-  
flet honor, nec hominum salus in tuto conser-  
uat.

Quapro-

Quapropter ut & ueram æterni Dei  
 noticiam, quantum in hac imbecilli natura fieri  
 potest, nobis comparemus, & de immensa illie  
 us maiestate magis sobrie cogitare ac loqui  
 assuescamus, agendum paucis inter se confere-  
 mus, quid & saniores olim ethnici de numine  
 diuino senserint, & nobis sacrae patefecerint  
 literæ: Ut cum naturæ solum duclu sincertis  
 expressi uerbi & amplissimarum reuelatio-  
 num testimonij tam honorifice illos de suis  
 quamlibet conflictis Idolis uiderimus loquutos:  
 ad ueri uiuiqz Dei contemplationem non ita  
 exco & proclivi impetu mens hominum teme-  
 re feratur, sed intra semetipsam descendens,  
 contremiscat potius, & a longe mysterium  
 tantæ sanctitatis admiretur, quam curiose  
 scrutetur aut iudicet.

Aiqz utinam Valentinus ille, ipsiusqz  
 sectatores, gentiles suos imitatus, sapuisset  
 parcus, nec ore in coelum elato, eadē immor-  
 talis Dei natura mortali ingenio proloqui uo-  
 luisse, que ab omnium tam angelorum quam  
 hominum scientia longissime remota & ab-

D scundita

scōndita sunt, pacatior profectō multorum in  
hīsc locis conscientia, & tranquillior Ec-  
clesiarum esset status.

Ethnici mo-  
deste de Dō  
loquuti.

Ad ethnicos enim quod attinet, passim  
in scriptis corum uidere licet, quod qui de na-  
tura deorum suorum exactius inquirere uo-  
luerunt, unanimi consensu receperint ac statu-  
erint, supra se moderatorem aliquem earum  
rerum quae oculis eorum subiectae, & uictui  
alijsq; usibus designatae essent, Sublatiis quip-  
pe in coelū oculis, & illius pulchritudine per-  
specta opificem ac creatorem ratione creata-  
rum rerū non difficulter agnouerunt, & præ-  
cipue ex memoria rerum & inuentione, tūm  
motus etiam celeritate, & uniuerso totius mū-  
di ordine ac ornatu uim potentiae mentisq; di-  
uinæ facile intellexerunt, quamvis interim non  
ita sollicitè quererent, que aut qualis natura  
Dei esset. Inuestigatione igitur anxiori o-  
missa, deos natura esse arbitrabantur, & qua-  
les essent ratione cognoscabant, propter ad-  
mirationem autem pulchritudinis ac ordinis in  
natura eisdem uenerabantur, & pictatē quidē  
dicebant

dicebant esse iusticiam erga deos: sanctitatem  
uero scientiam colendorum deorum appellabat.

Hinc Cicero certa animi notione Deum definiuit, primum ut sit animans, qui habeat sensum, rationem, & mentem, que consultrix est & prouida utilitatum oportunitatumq; omnium, ita ut mens mundi appelleatur:

Deinde ut in omni natura nihil eo sit praestantis, sed omnem uim mundi diuina natura inse deferat, & administret illi, ac postremo rebus humanis consulat: Ideoq; inter alios grauiissime inuechitur in Epicurum, qui omnem religionem ex hominum mentibus radicitus extra xerat, cum Diis immortalibus & gratiam & opem sustulisset: Hac enim ipsa de causa etiam ethnici cultum deorum esse optimum, castissimum, sanctissimum plenissimumq; pietatis uoluerunt, ita quidem ut pura integra & incorrupta mente ac uoce deos suos uenerarentur, quicunq; saltem superstitionem a religione separare potuerunt.

Fuerant autem & alij, qui crederent deorum mente atq; ratione omnem mundum

Lib. I. de  
Nat. deorum

D z adminis

administrari e regi: nam e fruges, e reli-  
qua que terra parit, e tempestates ac tem-  
porum uarietates cœliq; mutationes, a Diis  
immortalibus tribui humano generi. Et quam-  
uis de figuris Deorum, de locis atq; sedibus,  
tum de actionibus e uita, illo etiam tempore  
summis Philosophorum contentionibus certa-  
etur; tamen esse Deos unanimi omnium sen-  
tentia fuit iudicatum, e in tantum hæc apud  
ethnicos quoq; opinio obtinuit, ut si quis secus  
diceret, uix sane mentis existimaretur.

Coluerunt itaq; Deos suos illi, e sum-  
mis quos nouerant honoribus prosequuti sunt;  
non quod scirent qui uel quales essent, sed quod  
esse omnino deos, ipso mundi opificio palam  
conuincerentur. Sed tamen nihilominus ut  
hoc illorum studium, e in diuinum numen ob-  
seruantia e religio non est simpliciter im-  
probanda: ita uicissim deploranda est cœci-  
tas e supersticio, quod sicut D. Paulus ait,  
cum Deum cognouissent, non sicuti Deum glo-  
rificauerunt, sed mutauerunt gloriam incor-  
ruptibilis Dei, in similitudinem imaginis ho-  
minis

15

minis corruptibilis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium, quo factum est, ut Deus in reprobum eos sensum tradiderit, &c.

Cum ergo uideamus in tot tantisq; philosophiarum opinionum dissensionibus cultum tamen etiam ignoti Dei tam religiose fuisse recentum atq; usurpatum: pudeat nos sane nostri atq; paeniteat, qui nunc in tanta luce diuinitus nobis reuelatae doctrine, uel affectata ignorantia Deum nescimus, uel extra uerbum illius humanis speculationibus quærimus, prophanis id genus questionibus nibilo amplius consequentes, quam ut in reprobum sensum dati, una cum illis ethnicis meritas ingratitudinis ac impietatis nostræ poenas luamus.

Tamen si enim homini nihil magis secundum naturam est, quam ut ad agnoscendum Dominum & creatorem suum ardentí animo feratur & posthabitís omnibus eum ueneretur atq; colat, qui maiestatem suam & potentiam, tum erga nos benevolentiam & misericordiam euidentibus testimonij magnificentissime declarauit: tamen alia id fiat ratione, quamquæ ple-

D 3 risq;

risq; titulo tenuis Christianis nunc inus est,  
qui cum pro fide ac uocatione sua ad ueram  
æterni Dei cognitionem se astringi audiunt,  
præclare munere ac officio suo defunctos se  
arbitrantur si subtili extra scripturas dispu-  
tatione abducti de arcans solum sacrosanctæ  
deitatis contentiosis uoculis ambitiose cer-  
tent, nec satis intellecta nec cognita re ipsa.

Nam plerunq; accidit, ut qui nimis altum  
sapiunt, uel nihil tandem intelligant, uel al-  
tercationibus superfluis rei amittant ueria-

i. Corinth. 1.

tatem, cum iuxta D. Pauli sententiam, stu-  
tam faciat Deus sapientiam huius mundi, qui  
in Dei sapientia per sapientiam Deum non  
cognoscit. Id quod manifeste accidisse uide-  
mus ethnicorum olim sapientissimis, qui cum  
acie sui ingenij aliquid ardui de Deo sapere  
conarentur, interim stulti facti sunt, tantoq;  
minus se intelligere agnouerunt, quanto diu-  
tius cogitassent. Non est enim sapientia, nec  
prudentia, nec consilium aduersus Dominum;

Proverb. 21.

sed abscondita est, (ut Cyprianus ait) a sa-  
pientibus & prudentibus tantæ rei maiestas,

nec potest

16

nec potest humani fastus ingenij secretis interesse coelestibus, & penetrare ad superessentialis naturae altitudinem. Et licet intelligerent, quod uere esset creatrix & gubernatrix rerum diuinitas, distinguere tamē nullo modo potuerunt, quae esset deitatis trinitas uel quae unitas, uel quae personarū proprietas, ut & prophane & sacræ historiæ testantur.

Ad Moisen dixerat Dominus: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob: cui diuine reuelationi cum Moises non acquiesceret, sed de nomine illius diuino curiosius inquireret, ut certi aliquid ad populu referre posset, quid quæsa domino respōsi tulit? Ego sum qui sum: sic ergo dicas filijs Israel, Qui est, misit me ad uos, Dominus Deus patrum uestrorum, hoc nomen mibi in æternum. Hic igitur Moises necessario substituit, nec ultra uel de nomine uel essentia Dei interrogare sustinuit, cum animaduerteret mirabile esse nomen eius nec humanis comprehendendi posse sensibus: Quemadmodum & David Rexterribilem diuinæ

divinae glorie potentiam miratus ait, Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Et Cyprianus recte inquit: Nomen Dei nec queras: Deus nomen est illi: Illic uocabulis opus est, ubi proprijs appellationum insignibus multitudo dirimenda est: Deo qui solus est, Dei uocabulum totum est: ergo unus est, & ubiq; totus diffusus est. Sequuti ergo fidelem prophetæ admonitionem, qua de nomine diuino quesituros, meminisse iubet, quoniam excelsum est nomen eius, cautius & magis sobrie de tantis rebus & loqui discamus & sentire, nec altiora nobis curiose inquirendo, summa plurimorum cum offensione atq; scandalo impotabilem diuinæ indignationis iram ultro in nos prouocemus.


Quoties autem de Deo loquendum est,  
De deo loquendis rectissime ac tutissime proferentur ea, que in  
scripturas, sacris literis diuina nobis reuelatione tradita,  
 & perpetuo Ecclesiæ consensu recepta & comprobata sunt. Nam sicut omnia scripturarum dicta pro certissimis accipi & haberi debent

debent oraculis: ita plurimum fidei illis eorum custodibus ac interpretibus tribui decet qui ad Christi & Apostolorum tempora quam proxime accesserunt, & ob doctrinæ puritatem & integritatem in præcipuis semper fuerunt authoritate & admiratione. Cum itaq; Deus immensa bonitate ac misericordia ita se nobis patescerit, ut quid sit, a nobis ne inquire quidem uelit, & tamen qualis sit, e' uero suo & reuelationibus petere nos iubeat, dum se Deum Abraham, Isaac & Jacob proficeretur: Moysis exemplo in hac illius patescione simplicissime acquiescamus, omisssq; de natura eius scrupulis, qualem se nobis exhibet de Trinitate buerit, qualiterq; a nobis agnoscitur diligenter uideamus.

Ex nihilo creasse Deum cœlum & terram, & quicquid ijs continetur narratio in Gen. 1<sup>o</sup> Genesis ostendit: & tamen non solitarium tunc fuisse Deum eodem loco Moyses testatur, nam Spiritus Domini, inquit, ferebatur super aquas: Et Deus ipse, Faciamus hominem, ait, ad imaginem nostram: Quo pluraliter lo-

E

quendi



quendi modo & paulo post capite 3. ac itidem  
undecimo familiariter utitur: *Vt professione*  
*consortij quemadmodum Hilarius testatur,*  
*singularis Dei intelligentiam tolleret: cum*  
*uterque sermo Faciamus & nostram, ut solita-*  
*rium eundemque non patitur, ita neque diuersum*  
*a se alienumque significat: Deus enim homi-*  
*nem ad imaginem Dei fecisse diciunt, non ad*  
*suam, ne solitarius putarentur, & rursus ta-*  
*men, ne plures deos introducerentur, scriptura*  
*non duos deos, sed Deum & Deum nominauit.*

*Spiritus san-*  
*ctus Deus.*

Fuit itaque cum Deo etiam ante mundum conditum Spiritus Domini, qui recens creatam machinam uisua uiuifica sicut vegetauit, Verus & ipse Deus, propterea quod sub ipsam creationem in partem operis ascitus est ab eo Deo, cuius immota stat sententia, ut omnes dii, qui non fecerunt celum & terram, pereant de terra, & deis quae sub celo sunt.

Hier. 10.

*Gen. 3.*

Porro autem cum miserandus hominis lapsus ordine describitur, semen quoddam mulieris promittitur, quod Serpentis caput contritum, & abolita morte nos Deo recon-

18

reconciliaturum sit. Promissi huius semina  
ris in quo benedicenda sint omnes gentes, ori-  
ginem & naturam pleni diuino Spiritu pro-  
phetæ paulatim magis magisq; ostenderunt,  
& quodnam illud sit digito quasi demonstra-  
runt. Nam & diuinitatem illi Iesaias tri-  
buit, dum expressis uerbis inquit, Ecce uir-  
go concipiet, ac pariet filium, & uocabitur  
nomen eius Emanuel, quod est, nobiscum De-  
us: & creationis opus eidem Baruch uendicat,  
Deumq; pariter & hominem appellat, Baruch 3.  
dum ait: Stellæ dederunt lumen in custodijs  
suis, & lœtati sunt: uocati sunt, & dixerunt  
adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui  
fecit illas: hic est Deus noster, non aestima-  
bitur aliis aduersus eum: hic adiuuenit omnem  
uiam disciplinæ, & tradidit illâ Jacob pueru  
suo, & Israel dilecto suo: posthaec in terris ui-  
sus est, & cum hominibus conuersatus est.

Sic itaq; e prima Moysis narrati-  
one, inuenimus mundi conditorem & opa-  
ficem, inuenimus Spiritum Domini na-  
ture uegetatorem, inuenimus & promissum  
E z semen

quorum singulis Dei nomen in diuersis Prophatarum & Apostolorum scriptis tribuitur & assignatur. Et quidem realem hanc trum distinctionem tantum abest scripturam improbare, ut etiam perpetuo deinceps retinuerit, & subinde magis illustrarit.

Nam & a Davide Rege, Deus Spiritus sanctus, & salutare Dei expresse nominatur, dum in haec uerba preces fundit: Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum sanctum tuum ne afferas a me: Redde mihi leticiam salutaris tui, & Spiritu principali confirmame. Et in Ecclesiastico Altissimus creator omnium, Sapientia & Spiritus sanctus, eodem fere quo apud Moisen ordine ac modo recensentur. Sed ne Iudaicus populus iam ante in commenticia ethnicorum numina procliuis, trium appellatione atq[ue] cultu offensus in aliquam Idolatriam abriperetur, uerbis paulo teclioribus mysterium illud inuolutum est, quod in nouo demum testamento Deus per spicue reuelari uoluit.

psal. 50.

cap. 1.

Nam

Nam sicut apud Moisen, dum semen  
Mulieris promittitur, Dei simul mentio fit  
& Spiritus Domini: ita apud Lucam, dum  
Angelus Gabriel semen illud iam exhibitum Luc. 1.  
in mundo nunciat, iisdem distinctis utitur no-  
minibus, ut & de promissionis certitudine,  
& seminis promissi origine ac natura nemini  
amplius dubium esse possit. Spiritus sanctus  
(inquit) superueniet in te, & uirtus altissima  
obumbrabit te, & quod nascetur ex te sanctum,  
uocabitur filius Dei. Ex hac angelicalegatione  
certa nobis suppetunt uocabula, quibus dilu-  
cidè explicemus, quod paulò obscurius ante  
fuit traditum. Nam dum filium Dei nominat,  
patrem etiam Deum designat, ex quo filius hic  
genitus sit: & peculiari nomine Spiritum san-  
ctum ab utroq; illorum distinguit. Id quod per-  
petuo deinceps obseruatur.

Apud Mattheum enim cum Iesus baptiz-  
satus ascendisset de aqua, ecce aperi sunt ei cap. 3.  
coeli, & Spiritus Dei descendit sicut colum-  
ba, & uenit super eum, & ecce uox de coelis  
dixit, *Hic est filius meus dilectus, in quo*

E 3 mihi

mihi complacuit Quapropter & Domi-  
Math. ult. nus noster Iesus Christus, cum baptismi sa-  
cramentum nobis institueret, hunc ipsum or-  
dinem, & uisibilium trium reuelationem se-  
quutus ait, Euntes docete omnes gentes ba-  
ptisantes eos in nomine patris & filij & spi-  
ritus sancti.

His & id genus alijs diuinis patesfacti-  
onibus contenti, Deum uerum in patre filio  
& spiritu sancto agnoscamus, ut quamvis  
tres distincte nominentur, non tamen plures  
deos, sed unum solum Deum, in cuius fidem  
baptisati sumus, in omni uita ueneremur, il-  
iusq[ue] professione ab omnibus nos idolatris  
Testimonia quam longissime separemus. Nam sicut in sa-  
cris literis ubiq[ue] nobis patris filij & spiritus  
sancti memoria inculcatur: ita aeternuet immo-  
tum additur decretum Dei, quo per Moisen, &  
commenticijs ethnicorum numinibus, ad unius  
ueri Dei cultu populus severissime reuocatur.

Audi, inquit, Israel, Ichouah Deus  
noster Deus unus est, Dominum Deum tu-  
um timebis, & illi seruies; quoniam Deus  
æmulator

emulator Dominus Deus tuus : Et paulo <sup>Deut. 10.</sup>  
 post: Dominus Deus uester, ipse est Deus,  
 & Dominus dominantium, Deus magnus,  
 & potens, & terribilis, ei soli seruies. Item  
 uidete quod ego sum solus, & non sit alius De-  
 us praeter me. Quapropter & apud prophe-  
 tam in hunc modum loquitur, Nunquid non ego  
 Dominus, & non est ultra Deus absq; me? <sup>Iesaiæ 43.</sup>  
 Ego Deus: & non est alius, Gloriam meam <sup>Ez Cap. 48.</sup>  
 alteri non dabo.

Talia uero scripturæ loca, de uno uero  
 Deo, si quis absolutē, quemadmodū isti uolunt, <sup>Absolute dis-</sup>  
 de solo patre intelligat, fieri non potest, quin <sup>et a, non de</sup>  
 filium & spiritum sanctū uel diuinitate omni <sup>solo patre sed</sup>  
 excludat, uel diuersos ab illo & ut tempore <sup>tota diuinitas</sup>  
 posteriores, ita statu inferiores deos constitu-  
 at, id quod gentilicia est blasphemia. Cum au-  
 tem passim in sacris literis tam filio quam <sup>te accipies</sup>  
 spiritui sancto nomen Dei æque tribuatur ac <sup>Iesaiæ 43.</sup>  
 patri, ut cum de filio dicitur, uincti manicis  
 pergent, & deprecabuntur atq; adora-  
 bunt te: De Spiritu autem sancto expref-  
 se ait Petrus, Cur tentauit Satan as cor  
 tuum

al. 5. tuum mentiri Spiritui sancto? non es mentis  
tus hominibus sed Deo: Idcirco de consortio  
Hilar. in 23 nominis cum Hilario substantiae unitatem col-  
ligentes, quæcumq; absolute de uno solo Deo  
in scriptis Propheticis & Apostolicis ha-  
bentur, de diuinitate integra simpliciter acci-  
pimus, patremq; filium & spiritum Sanctum,  
non modo quo ad uoluntatem & potentiam, ue-  
rum etiam quo ad originem & naturam, unum  
eundemq; illum uerum Deum agnoscimus &  
profitemur.

*vera Dti definitio.* Atq; ita sentimus & credimus Deum  
naturam esse spiritualem, re uera existentem,  
summam & simplicissimam, intelligentem, æ-  
ternam, ueracem, iustam, castam, misericorde-  
dem & bonam, immensæ potentie ac sapien-  
tie, conditricem rerum omnium & conserua-  
tricem, æternis impiorum supplicijs & iustis  
præmijs affidentem, æternum uidelicet pa-  
trem, qui filium imaginem suam ab æterno ge-  
nuit: filium imaginem patris coessentialis, qui  
ab æterno patre ante omnia secula genitus, &  
præfinito tempore homo factus est, Spiritum  
sanctum

21

sanctum, qui ab aeterno patre filioque procedit, utriusque coessentialis et coaeternus, et in corda credentium mittitur, ut regeneret eos ad uitam aeternam.

Hec simplicissima Dei est descriptio, cuius maiestatem tametsi nec humana mens capere, nec quisquam eloqui potest, quod illa omnium et sermonibus et sensibus maior sit: tamen in Ecclesia certis quibusdam uocibus ac phrasibus, quae cum expresso scripturarum sensu maxime conueniant, et sine impietate aliqua introductae ac receptae sint, docende gratia necessario utendum est, ut quod uidendo capere non possumus credendo saltem discamus intelligere.

Dicimus ergo diserte, unicam esse diuinam essentiam seu naturam, hoc est, unam simplicissimam diuinitatem, in qua tres coaeternae sint et coessentiales hypostases seu personae, non quidem ab se inuicem separatae sed proprietatibus tamen in communicabilibus uerè ac realiter distinctae. Prædicat enim Scriptura unum ubique Deum, id quod et ipse

E de se

Vna est essentia  
tia tres autem  
personæ.

de se testatus est, sed ita unum essentia genere  
et natura praedicat, ut nihilominus cum di-  
stincte in tribus subsistentijs seu personis con-  
siderandum proponat, quas nisi tenemus,  
nudum uolitat duntaxat et inane in cere-  
bro nostro unius Dei nomen, sine uero illo  
Deo, qui a nobis agnosci ac celebrari uult.

Vocabulū  
essentiæ nō  
reiciendū. Et quamvis nomen essentiæ in sacrīs lite-  
ris non ita expresse ponatur, uox tamen hypo-  
Heb. I. stasis codem sensu habetur apud Paulum, quo  
apud Hilarium substantiæ nomen (dum ait tres  
Lib. 4. de Trinit. substantiæ sunt pater filius et spiritus San-  
ctus) et apud reliquos Latinos scriptores  
vocabulum personæ usurpatur. Coacti sci-  
licet ueteres flexiloquis hereticorum am-  
bagibus, uoces quasdam excogitarunt, quæ  
ipsorum argutias ita quidem refellerent, ut  
tamen interim, nihil aliud sonarent, quam  
certo Dei uerbo alioqui traderetur.

Cum itaq; nostri buius seculi innouato-  
res omnia illa reiciunt, quæ bono et pio  
consilio a primitiue Ecclesiæ doctoribus  
inuenta

inuenta & usurpata sunt, ambitione hac &  
 fastu suo nihil sane aliud assequuntur, quam  
 ut suam ipsorum prodant inscitiam, dum alie-  
 orum recte dicta nolunt imitari, & uarijs  
 occasionem præbeant erroribus, dum fucum  
 fuco subinde pingere conantur. Quod enim An licet  
nouis uis  
nocabulis.  
 sati animose uociferantur, lege diuina cau-  
 tum esse, ne quicquam sacris literis addamus  
 uel detrahamus, eaqꝫ propter clamitant, nol-  
 le se arbitrio hominum conficta admittere uo-  
 cabula: in eo sane inscitiae pariter sue ac im-  
 pudicitiae haud stulte mederi conantur, dum  
 nouitate uerborum reprehensa, ueritatis  
 lucem, quæ disertis uerbis plena & perspic-  
 tua redditur, ferre nolunt, nec admittere su-  
 stinent, ut asserta contra calumniatores co-  
 lestis doctrinæ puritate, nusquam heretici  
 quamuis calidissime tergiuersando, euadere  
 aut elabi possint.

Sed apage in syllabis & uerbis Religionis  
 constare ueritatem, cultumqꝫ Dei &  
 salutem nostram: O mentes hominum (ut  
 ait Ambrosius) abderiticas syllabis ac non

F z rebus

rebus ipsis momentum diuinitatis pensantes,  
quæ tamen syllabæ fidei attemperari non præ-  
iudicare debent? Quænam improbitas utique  
uerba improbare, quæ non aliud explicant,  
quam quod scripturis testatum consignatumque  
est? Quasi uero de dictionibus simpliciter,  
¶ non potius de aliena doctrina, sacrosan-  
ctum loquatur oraculum, quæ ab hominibus  
non a Deo profecta est. Non ergo in syllabis  
constituamus insidias, nec uerborum aucupe-  
mur tendiculas, sed id reuerenter amplecta-  
mur, quod ipse character sermonis evidenter  
innuere uidetur, nec cum Iudeis illis pere-  
mus, qui dum profunda sensuum in mandatis  
diuinis respuunt, nuda uerborum inuolucra  
sequunt, tristem sibi patriæque interitum ultro  
accersuerant.

¶ Timot. 6. At nobis adducent ¶ illud si dijs plas-  
cet Diui Pauli dictum depositum custodi, ui-  
tans prophanas uocum nouitates, ¶ appositi-  
ones falsi nominis scientiæ. Sed uideant quæ-  
so in utros hoc dictum sit, eosne qui uerborum  
perspicuitate simplicem iuuentur ueritatem, an  
uero

uero eos, qui sub prætextu uera pietatis, sa-  
næq; doctrinæ umbella, nescio quam sapien-  
tiae opinionem apud uulgas imperitum & re-  
rum nouarum cupidum aucupantur, motis ut  
sublime aliquid & arduum de se promittant,  
citra necessitatem turbis, homines prima fron-  
te superciliosi, & ad summam iustitiae normam  
singula reuocantes, interim uero dictis factisq;  
incircumcis, gloriosuli, temerarij, aularum  
& Gynæcorum affæctæ ac seductores. His  
nimirum (si quid memini) Apostolus dicit,  
deuita prophanas uocum nouitates, seu Cer-  
donicos de rebus inanibus clamores, & euæ-  
nidos uerborum apparatus, quod qui profi-  
tentur, circa fidem aberrarunt, etiamsi imbel-  
les multorum animos suauiloquentiæ miro quo-  
dam & affectato lenocinio irretitos, in suam  
facile pertrabant sententiam.

Quod poro satis inconsiderate dicunt, Essentiæ appelle  
essentiæ diuinæ appellatione quartum nos fin- pellationem  
gere aut imaginari numen, est ea quidem in- mhu quarum  
signis calumnia, cum neq; hypostases ab essen- tum fingo  
gia ueluti origine ac fonte deriuemus, nec à

F 3 personis

personis etiam essentia ipsam separamus: Ver  
rum in tribus distinctis hypostasibus unam &  
eandem diuinitatem ita agnoscamus, ut in singu-  
lis harum deitas tota ex integra subsistat. Ne-  
moenim potest nos lacerare simplicissimam illam  
& unicam Dei essentiam tribus subsistentiis  
aut personis, aut tres quatuor deos, uel tri-  
nomium affirmare unum Deum, cum simplex  
& una sit essentia Dei, que tota integra &  
perfecta est in patre, tota integra & perfecta  
in filio, tota integra & perfecta in spiritu  
Sancto, non portione aut defluxu, sed omni  
simpliciter integra perfectione.

Quomodo autem id fiat incognitum &  
incomprehensibile mortali est ingenio, cuius  
terrena habitatio in misero & caduco cor-  
pore sensum deprimit, quantumuis multa de  
altioribus incassum cogitantem: cum finiti  
hominis finita speculatio immensam illam &  
infinitam Dei infiniti & inestimabilis mai-  
Trinitas et Vnitas quo statem ac naturam nulla ratione possit depre-  
modo in- bendere. Quoniam ergo de fidei articulo, non  
telligenda autem demonstratione aliqua physica nobis agi-  
tur.

tar satis sit credere quod sensu capere non li-  
cet, & trinitatem quidem in personarū agno-  
scamus distinctione, unitatem vero propter  
naturæ ac substatiæ identitatem profiteamur:  
propterea quod tres unum sunt natura nō per-  
sona. Nam sicut unum esse refertur ad essentia-  
tiam & uoluntatem: ita tres esse ad personas  
respicit, quæ tamē separabiles nō possunt æsti-  
mari, cum nulla ante aliā, nulla post aliam, nulla  
sine alia uel extitisse, uel quidpiam aliquando  
fuisse operata demonstrari queat.

*Eth* hanc eorum fuisse mentem, qui primum Hilarius es-  
sentiæ uocabulo usi sunt, satis apparet ex cabulo uti-  
Hilario, qui Nicenam Synodus tres unius tur.

substantiæ confessam testatur: non quod unam In lib. de  
aliquam anteriorem substantiam pater & fili= Synod.  
us in suam substantiam partiendo diuiserint, sed  
quod una sit & indiuisibilis trium secundum  
naturam essentia. *Hac* igitur simplici fide ac  
cōfessione nostra, que firmissimus & immotis  
sacrarum literarū fundamētis insistit ac cer-  
tissimus antiquissimorum patrum testimonij  
nititur, nos ab omnibus tām ethniciis quam

hereticis

Hæretici.  
Quoniam H  
son natus  
sim obediens  
Hæretici.  
Hæretici.  
Menander  
Hæreticus.

hæreticis, qui ullo unquam tempore saltē ex-  
titerunt, aperte sciungimus. Nam licet unum  
uerum Deum ex æquo ueneremur ac profite-  
mur omnes: tamen ethnici illum ipsum negant  
esse uerum Deum, qui pater sit Domini nostri  
Iesu Christi, & Spiritum sanctum Ecclesiae  
Christi dederit: Hæretici autem, tametsi  
Deum qui pater sit pleriq[ue] agnoscant, de co-  
æterno tamen & consubstantiali filio illius ac  
spiritu Sancto, alij alia commenti sunt, quæ  
cum fide nostra & religione Christiana ex-  
diametro pugnant, ut horrenda opinionum  
monstrorum portenta ostendunt.

Cum enim pleriq[ue] Apostolorum, quod  
nomen Domini nostri Iesu Christi constanter  
profiterentur varijs martirijs affecti essent,  
& Romani episcopi, qui eam tunc sedem oc-  
cupauerant, magis solliciti essent de iuueniis  
in Ecclesiam superstitionibus, quam uera Re-  
ligionetuenda, & hæresibus tollendis, Me-  
nander quidam Simonis Magi discipulus  
Christum uerum Deum fuisse negauit, & dia-  
bolicis instructus artibus, sedixit esse serua-  
torem

25

torem ex inuisibilibus seculis ad salutem ho-  
minum coelitus demissum, promisitq; immorta-  
litatem in hac etiam uita ijs, qui cum bapti-  
smate magicas a se artes accepissent: Ut Irc-  
neus atq; Iustinus prolixius recensent.

Sequuta hunc Ebionitarum secta est, quæ Ebianita.  
a paupertate sibi nomen indidit, & quidem alij  
horum Christum simplicem & purum homi-  
nem, ex viro & muliere natum fuisse docue-  
runt, nec saluari homines sola in Christum  
fide, sed necessariam esse legis Mosaicæ ob-  
seruantiam: Alij uero e Spiritu sancto &  
Mariavirgine natum esse Christum conce-  
serunt, uerum tamen interim diuinam illius an-  
te omnia secula ex Deo patre Genesin, simili-  
ter denegarunt quæ tamen heresis Antio-  
chiae postea omnium Episcoporum suffragijs  
damnata est.

Huc accessit & Cerinthus, qui reuelac-  
tiones nescio quas, & arcana cum angelis col= Cerinthus,  
loquia clementius, Regnum Christi post re-  
surrectionem terrenum esse futurum docuit,  
& Hicrosolymis carnem nostram denuo con-  
G cupiscen,

cupiscentijs ac uoluptatibus seruituram, ut  
Dionysius Episcopus Alexandriae de illo  
scriptum reliquit. Inter alias autem falsas opi-  
niones quas afferuit, apud Irenaeum & hæc  
ipsius recensetur blasphemia, quod Christum  
uerē Deum negauerit: Et memorabilis de  
horrendo illius interitu narratio additur,  
tauquam ē traditione Polycarpi accepta:

Tragicus  
Cerinthi  
interitus.

Quod uidelicet D. Iohannes Apostolus,  
cum balneum aliquando intrasset, ac forte Ce-  
rinthum illic in consortio suorum contra di-  
uinam in Christo naturam accerrime dispu-  
tantem inuenisset, exiliens subito, amicos qui  
assederant monuerit, ut quantum possent una  
secum fugerent ne & balneum in quo esset Ce-  
rinthus ueritatis hostis improviso corrueat, &  
ipso simul cum Cerinbo extinguat. Nam &  
uix proripiētibus se illis, domus repente col-  
lapsa est, & terribili diuine ultionis exemplo  
huius impietatis socios ad unum omnes colligit.

Contra huius ergo Cerinthi Ebionita-  
rum & reliquorum hereticorum, impia  
& blasphema de filio Dei dogmata, Euau-  
geliū

26

geliūm suūm D. Iohannes conscripsit, quo sit D. Iohannes  
ut reliqui humanam Christi ē Maria virgi= Apostolus  
ne nativitatē prolixē narrauerunt, diuinam Christi  
ipse illus Genesin luculentē descripsit, ac afferit.  
non hominem saltem, sed uerum etiam natura  
Deum demonstrat. Nam dum ait, In prin= Ioan. 1.  
cipio erat uerbum, non illud tempus designat,  
quod conditi mundi initium constituit Moi=  
ses, sed longe altius filij Dei repetit origi= voiq. mtaq.  
nem, Expressē enim alibi de sapientia, seu fi= omnito. fia  
lio Dei dicitur, Dominus possedit me initio stog. 3. 1. 10. 8.  
uiarum suarum, antequam quicquam face= Prouer. 8.  
ret a principio: Ab æterno ordinata sum,  
Ex antiquis antequam terra fieret non=  
dum erant abyssi, Ego iam concepta e=  
ram, : quando preparabat cœlos, aderam:  
quando appendebat fundamenta terre, cum  
eo eram cuncta disponens: Et apud prophe= Iesaiæ 48.  
tam, omni tempore se anteriorem filius testa= re  
tur, dum ait, ex tempore, antequam fieret,  
eram. Quin etiam alio loco ita de se loquitur  
Sapientia Ego ex ore altissimi prodij. primō  
genita ante omnem creaturam: ego feci in cœlis Eccles. 2. 9.

G z ut ori=

ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula  
texi omnem terram: ego in altissimis habitaui,  
& thronus meus in columna nubis: ab initio &  
ante secula genita sum, & usq[ue] ad futurum se-  
culum non desinam. Quapropter & Ioannes  
 $\lambda\delta\gamma\omega$  appellat filium, quod uerbum seu ratio-  
nem significat, ut cum impossibile sit, Deum  
aliquando sine ratione fuisse, de ipsa quoq[ue] filij  
& eternitate nullus esset dubitationi locus. Ta-  
Pater prior est ordine metu[m] enim pater ordine prior sit quam sua sa-  
non tempore, pientia, gloria tamen & maiestate sua spoliant  
18.13807 illum, qui uel unicum temporis momentum ima-  
ginantur, quo sapientiam suam Deus prece-  
serit. Deinde addit: & uerbum erat apud  
Deum, ut quamuis eadem gignentis & geniti  
esset eternitas, aliis tamen ab ipso patre filius  
dignoscetur, non quidem natura diuersa, sed  
distincta hypostasi ac persona. Subiungit enim  
mox: & uerbum erat Deus eiusdem scilicet  
cum patre essentie ac naturae, ne separato a  
diuinitate patris filio alienum nobis Deum  
pro eo qui solus uerus est Deus, fabricemus,  
Ac sicut aequali patri natura & origine  
filium

filium ostendit: ita potentia & maiestate pa-  
rem demonstrat, dum omnia per ipsum facta  
esse, & sine ipso factum esse nihil, quod factum  
sit, testatur, & perpetuam ipsi cum patre o-  
perationem tribuit. Sed copiosius hæc expli-  
canda erunt, cum de alijs hæreticis agetur,  
quorum eō plures in posteriora tempora co-  
inciderunt, quo pauciores sublati apostolis fi-  
di Ecclesiæ Christi doctores, ueræq; senten-  
tiæ assertiores extiterunt.

Nam paulo post Menandri pestifera  
hæresis per Saturninum quendam Antioche-<sup>Saturninus</sup>  
num, & Basilidem natione Alexandrinum hæretici,  
renouata fuit, quorum alter per Syrium, alter  
uero per Aegyptum, Irenæo teste, uirulenta  
sua exosaq; Deo dogmata, & mera portento-  
farum fabularum commenta in infinitum spar-  
fit. Et Saturninus quidem eadem ferè cū Me-  
nandro nugatus est: Basilides autem Chri-  
stum quoq; non in substantia carnis, sed phan-  
tasmate quodam uisum, & Simonem quendam  
eius loco crucifixum esse, impie' asseruit.  
Deinde Romæ etiam nullus hæresium nume-

rūs fuit nec finis, sed aliae post alias subinde  
introductionē sunt quarum aliquot paucis hic  
perstringere libet, ut cum uarias illas & mul-  
tiformes hereticorum prestigias, quantumuis  
omni genere fuci ascūtiorumq̄ colorum affa-  
tim pingerentur, tam repente uiderimus euā-  
nuisse, sincerae orthodoxe solius ueræ Ec-  
clesie doctrinā amplectamur & retineamus,  
cuius integritas, constantia, & grauitas, qua-  
to maioribus obuoluta & quasi sepulta est te-  
nebris, tanto clariori luce perpetuo enituit,  
sumptoq̄ nativi splendoris augmento per uni-  
uersum terrarum orbem resulſit.

Rome autem ut dixi, errorum semina  
a Simone Mago iacta, tanquam foecundissi-  
mo in agro, ut alia semper ita tum maxime  
**Valentinus.** pullularunt, cum Valentinus quidam, ut Iræ-  
neus scribit, infinitam profundissimārūm her-  
esium materiam astutissimē comminisceretur  
casq̄ Cerdon nunc priuatim profitens, nunc  
**Cerdon.** publicē retractans nihil minori astutia quam  
audatia sensim animis hominum infereret, do-  
**Marcion.** nec sequutus Marcion impium dogma eorum  
adaugeret.

adangeret, & manifestas uulgo in Deum  
 blasphemias spargeret. Nam quem Moises  
 & prophetæ celebrassent Deum, hunc Do=  
 mini nostri Iesu Christi patrem non esse con=  
 tendit, propterea quod sacris literis notus ille  
 hic uero sit incognitus: ille iustus, hic bonus  
 appelletur. Mutauit ergo et Baptismi à Chri=  
 sto instituti formā, & in nomē incogniti patris  
 omniū, in ueritatem matrem omniū, in eum qui  
 descendit in Iesum ad aquam ductos baptisa=  
 uit. Hinc & Basilidis approbauit hære=  
 sin, Christumq; à patre missum spirituale  
 uel coeleste corpus secum attulisse, nihilq; af=  
 sumpsisse de Maria Virgine, sed per illā uelu=  
 ti rimā aut fistulā, sine ulla carnis assumptione,  
 transiisse dixit. Tandem uero & uetus reiecit  
 testamētum, & duos sibi statuit deos, à quibus  
 tam bona quam mala prouenirent omnia, (ut  
 Hilarius memoriae prodidit) & sic dato in Lib. 6. de  
 Trinit. conueniente uno, absurdā infinita sequuta sunt.

Oportet autem, ut D. Paulus ait in Ecclesia hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant, & propterea illis etiam tempore= I. Corint. XI.

temporibus tante in Ecclesia Dei dissensio-  
nes animorumq; in uarias sectas extiterunt di-  
strictiones ut uera & indelibata electorum  
Dei fides magis magisq; clucesseret, & tan-  
to maiori nominis diuini cum gloria & ampli-  
tudine simplex coniuncta esset ueritatis pro-  
fessio, insulsum profecto ac insipidum Mar-  
**Refutatio**  
**Marcionis**  
**tarum.**  
cionitarum commentum, leuius est ac futilius,  
quam ut responsum mereatur. Nam sacrarum  
literarum, quae apud nos inter immotas per-  
petuae certitudinis normas & usitata, princi-  
pem locum obtinent, non postremam partem  
suis diffisi rationibus abiciunt prorsus &  
ante congressum, quo feriri debent extorque-  
re nobis uolunt gladium, ipsa nimirum fidei no-  
stræ principia negantes: Ideoq; cum illis iux-  
ta regulam uulgo tritam nec disputandum no-  
bis nec anxiè respondendum est, qui scimus &  
certum habemus, quod quicquid non ex Deo,  
sed diuinis literis contrarium est, peccatum  
est.

**Refutatio**  
**Basilidis.**      *Basilidis uero figmentum tam firmis sci-*  
                        *licet insitit fundamentis, ut sicut pleræq; id*  
                        *genius*

29

genus aniles fabulæ unico saltem uerbo subuerit. *Lucæ L.*  
ti ac reuelli possit. *Discreta enim ad Mariam*  
*angeli uerba, Ecce concipies in utero, et pa-*  
*ries filium, satis superq[ue] ostendunt, illam non*  
*speculum aliquod aut phantasma, nec æthereo-*  
*um alioqui corpus peperisse, sed quem ante*  
*uirgineo utero conceperat factum, corpore*  
*uerè humano præditum. Simonem uero nescio*  
*quem, pro Christo passum et crucifixum esse,*  
*unanimi prophetarum apostolorumq[ue] consen-*  
*sui ac testimonij ex diametro repugnat, et*  
*eam ob causam nibilo secius habendum est,*  
*quam cætera impudentissima diaboli perditis-*  
*simorumq[ue] ipsius organorum mendacia, quibus*  
*fidei nostræ sacrosanctæ imponere, et salutē*  
*animæ insidiari satagit.*

Successu uero temporis audaciæ insignis *Montanus*  
ac impudentiæ impostor *Montanus* emersit, *hæreticus*.  
qui cum ex immodiaca primatus cupiditate,  
mente quodammodo captus esset, ac insolita  
quædam sub prophetiæ specie uulgo protu-  
lisset, loco se paracleti et prophetici charis-  
matis haberri cupiebat, duasq[ue] mercetriculas  
**H**                    *priscil-*

priscillam & Maximillam, quæ ipſe quoq;  
per artes diabolicas adulterino ſpiritu effa-  
ſinatae erant, ut prophetiſſas coli ambie-  
bat. Et quamuis ſui haberent delirij appro-  
batores tamen non diuturna illis hæc fuit ia-  
ctantia & improbitas, cum ipſe ſpiritū ſu-  
Exempla perbiæ Montanus, quod blasphemiam in ſpi-  
nitæ blaſphemie, ritum ſanctum admiferat, & p̄eclara uates  
Maximilla, exemplo Iudee proditoris, laqueo  
ſibi ſceleratam abripterint uitam, ac diſcipu-  
lus eorum Theodotus, dum erroris ſpiritu ſe  
in cœlum affumi autumnat, in auras iactatus,  
peſſimo interitus genere dignas arrogantia  
ſua exoluerit poenas.

Nihil autem aliud miseros id genus ho-  
mines in tantos furores concitauit, quam ani-  
Causæ mus laſciuiens ac remiſſus, qui dum nimium  
phanatica rum opini ſibi tribuens & ſacras interim literas ſuſq;  
onum. deq; ferens, optime ſe credere arbitratur, res  
p̄eclara & eximia fides coeſis improba-  
mentis cupiditatibus ſeruire cogitur: quo fit  
ut homines tumidi & inflati, ac interim ta-  
men parum cauti & circumſpecti ex  
pseudo-

pseudoprophetia in extasim rapiantur, cui  
dum licentia famulaiur, & impunitas, hære-  
sis que ab imprudenti orditur inscitia, tan-  
dem in perpetuam corporis & animæ definit  
perniciem. Non potest enim fieri quin ua-  
riæ omnibus perturbationes accidant, qui  
ultra vires & naturam suam, magni aliquid  
in rebus arduis, ac præcipue sacro sancta  
Dei maiestate, que inuestigabilis, inscruta-  
bilis & incircumscripcta creditur, moliri non  
uerentur.

Hinc scilicet, non ita multo post No-  
uatus quoque hæreticus nouam in populum se-  
ctam introduxit, & quemadmodum Diony-  
sius in quadam epistola scribit, prophaniſſi-  
mam deo doctrinâ inuexit, ac benignissimo  
domino nostro Iesu Christo immisericordie  
calumniam struxit. Et Paulus Samosatenus Samosates  
Episcopus Antiochiae filiū dei e coelis descē-  
dit negauit, & nudū hominē Christum fuisse  
docuit, e Maria in terris ortum, cundemque  
contendit non esse naturaliter uerbum Dei,  
sed gratia & benevolentia Dei: nec minus in

Nouatus  
hæreticus.

H z alijs

alijs prophetis atq; adeo scipso inesse uerbum  
Dei: quam in Christo fuerit. Constituit enim  
duo diuersa in filio Dei, ita ut aliud esset Christus,  
aliud uerbum Dei in Christo, & per sum=   
mam impietatem afferuit, filium Dei editum  
uirginis partu non esse sempiternam substanti=   
am, sed personam Christum communis modi &  
naturæ hominem fuisse: quod illius dogma in  
frequenti Episcoporum confessu Antiochiae  
damnatum est, quorum & nos sententiae reue=   
renter acquisimus.

Sed postulat ordo ut Manichæorum eti=   
Manichæi am hæresin, perniciossimam omnium pestem,  
hoc loco recenscam, qui ducem nocti Manem  
quendam superstitiosum hominem (qui perso=   
nam Christi in se repræsentare uoluit, & hac  
insania inflatus, ad sua mendacia dogmata, du=   
odecim exemplo Christi uocauit Apostolos.)  
longe lateq; uirus suum protulerunt. Duos si=   
bi statuerunt deos, quorum alter causa boni,  
alter uero mali, in natura esset: Christum ip=   
sum neq; ex facmina natum, neq; uera carne  
præditum, nec quicquam passum, nec re uera  
mortuum

31

mortuum fuisse docuerunt, sed corpore ad hunc  
manam formam descripto, & ad usus accomo= datus  
dato eorum, quæ in terris facere ac perpetu= uideretur  
simulatè omnia egisse contendere  
runt.

Quamvis autem hi & complures alij,  
quorum & meminisse piget, statim post apo= stolorum  
tempora uarias in Ecclesia turbas  
excitarunt, tamen nihil in rebus humanis pe= st silentius  
st silentius fuit uirulentissimo Sabellij dogmate  
& Arij, qui ambitione tumidi, & seditionum  
iam ante cupidi, unicè hoc affectarunt, ut cum  
tueri uerbo Dei prauam doctrinam nequi= rent  
rent, tumultu eam publico per uniuersum or= bem latissime  
bem latissime propagarent.

Docuit autem Sabellius unam esse tantum Sabellium.  
diuinam personam natura subsistentem, quæ  
tria haberet nomina patris, filij, & spiritus  
Sancti: Ideoq; in Christo Dei filio patrem  
quoq; simul passum esse contendit, eo quod una  
illis ac indiuisa persona naturaliter subsistens  
fuisse. Vere igitur de illo Dionysius Epis= copus  
scriptum reliquit, quod illius dogma,

H 3 multum

multam de omnipotente Deo & patre Do-  
mini nostri Iesu Christi blasphemiam, &  
multam simul de unigenito Dei filio, primo-  
genito omnis creature & uerbo incarnato  
incredulitatem, & affectatam Spiritus san-  
cti ignorantiam habeat. Nam unum De-  
um ita fatebatur, ut nullam uere subiectam  
proprietatem personis esse, sed nomina sal-  
tem mutari diceret, prout usus nunc de patre,  
nunc de filio, nunc de spiritu Sancto differi  
postulasset.

Arius.

Arius uero tametsi personas distingue-  
ret, tamen cum extra sacras literas altius e-  
uagaretur, & plus homine decreuisset sapere.  
patrem filium & spiritum sanctum non esse uni-  
us naturae ac originis docuit, sed filium Dei  
a patre, spiritum uero Sanctum a filio cre-  
atum esse contendit: Ideoque filium patri coetero-  
rum negauit, quia nimis sit genitus, & ita  
initium essentiae suae de patre, non quidem sim-  
pliciter ut aliæ creaturæ, sed ex non existen-  
tibus, ut ipse loquitur, acceperit: Unde &  
minorem patre filium, & filio spiritum  
sanctum

**S**anctum fecit, ut alter alterius voluntate quodammodo famularetur. Cuius blasphemias de Deo voces, non modo olim Macedoniani, Donatistæ, & id genus alta in felicis memorie portenta, mordicus retinuerunt: uerum etiam afflictissimo seculo nostro quidam male conciliati homines iterum disminarunt.

**N**e uiderentur enim cum ethnicis plures asserere deos, symbolo se Niceno & Constantinopolitano ita doceri affirmant, ut solum patrem uerum Deum esse fateantur, cum Scriptura dicat: Audi Israhel Iehouah Deus noster Deus unus est: audaci pietate dolosam Satanæ persuasionem sequuti, qui iam olim non uit defendèdo ueritatem, nihilominus eandem conuellere, & unicum ideo vindicat Deum, ut maiorem de unico faciat hæresin.

Defendèdo  
cōuellit di-  
abolus ue-  
ritatem.

Cum itaq; non solum ipsi pestilens Ari dogma suscepérint ac defendant uerum etiam orthodoxas Ecclesias, quæ hunc eorum furorem detestātur, de Sabellianismo interim traducant; incutibilis requirit necessitas, ut ex perpe-

perpetuo uetus statis consensu breviter ostendamus, quantum per se his doctrine corrupte-  
lis olim sancti patres opposuerint, et quam  
dilucide illas refutarint, ac simul etiam de-  
monstremus, quae de uno solo Deo et tribus  
tamen personis orthodoxorum fuerit senten-  
tia, quantumque non a Sabellij modo erroribus,  
sed Arij etiam blasphemis, et omnibus ha-  
reticorum prestigijs simplex illa, quam pro-  
fitemur ueritatis oratio disset.

Netamen in recensendis singulorum pa-  
trum sententijs, quod et longum esset, et tae-  
dio lectorem afficeret, diutius morem ur: o-  
pera prestitum uidetur ut piorum aliquot con-  
cilorum unanimem de hoc articulo consensum,  
et decreta uniuersalia, breviter in medium  
proponamus, eaque ordine paucis specialibus  
et illustrioribus saltim puriorum aliquot in  
Ecclesia doctorum suffragijs ac testimonijs,  
e sacro scripturarum fonte petitis, declaremus  
ac confirmemus.

Neque uero hic eiusmodi concilia intelli-  
gimus, qualia Romani Pontifices omnibus  
aetatibus

æstatibus plurima celebrarunt, non ut impias  
bæreticorum euerterent opiniones, uerum ut  
prodigiosa ipsi dogmata conderent, monstro= Act. 14.  
fosq; suos canones crudelitate plusquam ty= Act. 14.  
rannica constabilirent, lata plerunq; sententia,  
priusquam Synodus cognitionem causæ au= Act. 14.  
spicaretur: Sed illa nos concilia profitemur  
sequi & amplecti, que primo apostolorum con= Act. 14.  
uentui quam proxime accedant & conformia  
sint, de quibus cum uere dici possit, Sic uisum  
esse spiritui Sancto, nec consuetudine ulla, nec  
temporis præscriptione, aut quibuscumq; tan= Act. 14.  
dem id genus subterfugijs decreta huiusmodi  
eludi possunt.

Talis nimirum fuit prima post Aposto= Act. 14.  
lorum tempora trecentesimo fere anno uniuer= Act. 14.  
salis & celebratissima synodus, quam pientissi= Act. 14.  
mus Imperator Constantinus, licet grauissi= Act. 14.  
mis distineretur bellis, motus tamen assiduis  
contentionibus & tumultibus, qui per Ari= Act. 14.  
um illiusq; factionem in Ecclesia Dei excita= Act. 14.  
bantur, in Episcopali urbe Nicœa indixit,  
& circiter trecentos conuocauit Episcopos,

I      ut &

ut & compescerent seditiones, & pacem atq[ue] tranquillitatem Ecclesiae restitucent. Maximas enim sumpserat uires impium Arij dogma, qui contendit Christum non esse natura Deum, sed a Deo creatum & factum, conatusq[ue] est abscindere ac separare ab illa cetera in ineffabili patris substantia & natura filium Dei, quem eo quidem nomine appellari posse dixit, non proprietate naturae, sed largitate gratiae, in quantum scilicet creature potest conferri suo creatori.

Insignem hanc blasphemiam Eustachius Antiochiae Episcopus cum reliquis collegis suis, quorum alij sermone sapientiae, alij uitæ soliditate claruerunt ad sedulam Imperatoris cohortationem, sacrarum scripturarum auctoritate perspicue ac diserte refutauit. Nam patres illi sancti in spiritu sancto congregati factū esse filium Dei non factum sed genitum docuerunt, cōmune est eo quod factum esse commune sit reliquis omnibus creaturis. Genitū esse nibus que per filium facta sunt, Genitum autem proprium tem esse proprium sit solius filij, qui nihil sibi milie cum ceteris creaturis habet, sed longe excellens.

cellētioris substanciæ est, ex æterno uidelicet  
patre, ut diuinatestantur eloquia, eo modo ante  
secula genitus, qui nulli conditæ naturæ uel  
sermone sit uel ratione comprehensibilis.

Consubstantialem uero & homousion æ= Quomodo  
terno patri filium dixerunt, non corporali filius patri  
quodam modo, aut qui sit mortalibus animanti= sit consuba  
bus conformis, ita ut uel secundum diuisionem substancialis.  
substanciæ filius sit pars aliqua essentiæ pater= sūmū sūmū  
næ, uel secundum decisionem aut alterationem  
a substancia & potentia patris filius deduca= tū  
tur, cum ingenita patris natura sit ab his om= nibus maxime aliena, sedut simpliciter intelli= gatur, filiu Dei nihil similitudinis cū ullis ha= bere creaturis, uerum soli patri, qui ipsum  
non ex alia quam sua essentia & natura ge= nuit, modis omnibus adæquari & per omnia  
parem esse. Noluerunt itaq̄ simpliciter di= cere filium esse similem patris, sc̄d mo<sup>gō</sup> nō ne  
quodam gratiæ paternæ indulgentia & equalis Filius patri  
tantum Deo putaretur, sed Deus uerus cre= non similis  
deretur, propterea quod Deo uero consub= sed consub  
stantialis sit & dños & id quod proprium  
st̄ntialis sit

I z germani

germani & genuini filij est ex uero & natura  
rali patre. Nec tamen idcirco Spiritum san-  
ctum a patre filioque separarunt, sed una potius  
& ipsum glorificarunt, eo quod una sit in tri-  
bus hisce diuinitas inseparabilis & indiuisa.

Atque ut illustre huius ipsorum omnium  
in hoc articulo consensus extaret testimonium,  
**Symbolum** insignem suae fidei ediderunt confessionem, una  
**Nicenum**, eademque tot excellentium virorum uoluntate  
suscepimus & subscriptum, quae satis ostendit,  
non temere illos noua dogmata configere, sed  
potius ab Apostolis traditam, & ad se pro-  
pagatam singulari quodam Dei beneficio do-  
ctrinam reuerenter amplecti & sequi uoluisse.  
Cum eo enim symbolo, quod Apostolicū uo-  
cant, & ab Apostolis priusquam disperge-  
rentur communī consilio scriptum fuisse per-  
hibent, ut uniformis in uniuerso terrarum orbe  
fidei professio esset, Nicæna hæc decreta in  
tantum conueniunt ut breuis potius eiusdem  
explicatio, quam noua confessio uideri possint.  
Sic autem habent: Credimus in unum Deum  
omnipotentem, uisibilium omnium & inuisibi-  
lium

35

lum factorem: Et in unum dominum nostrum  
Iesum Christum, filium Dei, de patre natum,  
unigenitum, hoc est, ex substantia patris, de-  
um ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo  
uero, genitum non factum: ~~suo~~ ~~genito~~ patri, id est,  
cuiusdem cum patre substantiae, per quem omnia  
facta sunt, que in caelo sunt & que in terra:  
qui propter nos homines, & propter nostram  
salutem descendit de coelis, & incarnatus est,  
homo factus est, passus est, & tertia die re-  
surrexit, & ascendit in coelos, inde uenturis,  
iudicare uiuos & mortuos: Et in Spiritum  
sanctum &c. Eos autem qui dicunt, fuit ali-  
quando tempus cum non esset, aut non erat pri-  
usquam fieret, quia ex non existentibus factus  
est uel ex altera esse substantia aut essentia,  
uel creaturam, uel mutabilem filium Dei di-  
cunt anathemati subiicit Catholica & Apo-  
stolica Ecclesia. Quapropter satis admirari  
non possum uel horrendam eorum amentiam  
uel exquisitam certe malitiam, qui cum Arium  
& maiori totius orbis episcoporum parte con-  
demnatum, & a Christianissimo Imperatore

I 4 proscris-

Arianorū proscriptum & relegatum sciant, adeo quie-  
librorum lelio pro- dem, ut & capitū denunciata pæna per uni-  
hibita à Cō uersum imperium lectione librorum eius pu-  
stantino. blicē interdictum sit, nihil tamen ueriti salu-  
berrima h̄ec decreta, non modo impietatem  
Arij reuehere, ac speciosis uerborum leno-  
cinijs uenditare audent, uerum etiam longe te-  
trioribus corruptelis & abominandis blas-  
phemij adaugent.

Nam si prophanas impiorum mentes hor-  
renda illa non mouent anathemata, & tremen-  
da lēsae conscientiæ fulmina: tragicus tamen  
interitus ipsius authoris uirulentissimæ huius  
pestis, animos profectō omnium percellere  
debebat, qui cum suis contentionibus non  
modo præbuisset occasionem ethnicis ne  
uerbum Dei amplecterentur, uerum etiam  
**Arij inter-** cum alios, tum ipsum Iulianum Imperatorem  
ritus. ita offendisset, ut ab ea quam suscepserant chri-  
stiana religione ad ethnicam rursus Idolatri-  
am desciscerent: cum & fenestrā patentissi-  
mam ei quæ consequuta est Mahometicæ im-  
pietati aperuisset, iustissimo Dei iudicio  
dignas

dignas perfidiae suæ pœnas dedit. Cum enim certa disputationi statuta esset dies, qua uel probato dogmate suo Arius restitueretur, uel damnato in exilium mitteretur. Alexander Constantinopolitanæ sedis Episcopus, orationi ac ieunio deditus, Ecclesiæ caussam domino commendabat, cumq; omnium animi in tanta re suspensi essent, Arius dum in Ecclesiam pergit maxima Episcoporum & puli frequentia stipatus subito alii dolore corripitur, & humane causa necessitatis, ad locum publicum deflectens, ibidem Deo uindice intestina & uiscera omnia per secessum effundit fœdaq; morte perit.

Neq; tamen extincto illo pestifera quam disseminauerat hæresis illico e' mentibus hominum sublata est, sed in plures & nihilominus pernicioſas ſectas erupit. Nam Eunomius quidam, uir corpore & anima, ut ecclesiastica <sup>Eunomius</sup> hæreticuſ. testatur historia leprosus, & interius exterius usq; morbo regio corruptus denuo filium de substantia patris genitum nezauit, & e' non extantibus creatum & factum affirmauit, ideoq;

ideoq; per omnia dissimilem patri docuit, cum  
nullo genere similis esse possit creatura suo  
Macedo= creatori: Et Macedonius Constantiopolis=  
nius. tanus Episcopus similem quidem per omnia  
filum patri statuit: Spiritum uero sanctum  
cum patre & filio nihil commune habere uo-  
luit: & de uocabulo essentiæ, quod cū inscrip-  
tura non reperiatur tollendum putarunt, aliae  
ab alijs questiones motæ sunt.

Quapropter in Alexandrina synodo de  
Decretum Spiritu sancto plenior habita est disputatio,  
Alexandri- & tandem ab omnibus qui conuenient decre-  
na synodi de spiritus tum, ut eiusdem substantiæ ac deitatis, cuius  
sancti duci- pater & filius, etiam spiritus Sanctus cre-  
nitate. deretur, nec quicquam prorsus ex tribus his  
aut creatum aut inferius posteriusue dicere  
tur. Et quia uel ipsa essentiarei alicuius  
Declaratio naturam uel & rationem qua constat designet:  
uocis essen- subsistensia uero siue in se uniuscuiusq; per-  
tia & per- sonæ. sone hoc ipsum quod extat & subsistit ostendat: idcirco eadem hec synodus recte sanxit,  
tres subsistentias, id est, tres subsistentes per-  
sonas, unius substantiæ esse confitendas: ne  
doubti

trium

37

trium professio in nominibus tantum, sicut pri-  
cauit Sabellius, sed in rebus ipsis consistat.

Ac eleganter in hanc sententiam D. Aus-  
gustinus scripsit, unam essentiam vel substanti- Lib. 5.  
am tres autem personas dicimus, quemadmo Cap. 9. de  
dum multi Latini ista tractantes, & digni- Trinit.  
authoritate dixerunt, cum alium modum apti-  
orem non inuenirent, quo enunciarent uerbis,  
quod sine uerbis intelligebant. Reuera enim  
cum pater non sit filius, & filius non sit pater,  
& spiritus sanctus ille nec pater sit nec filius,  
tres utiq; sunt, ideoq; pluratiue dictum est,  
Ego & pater unum sumus. Cum tamen queri-  
tur quid tres? magna prorsus inopia laborat  
humanum in hac re eloquium, Dictum est ta-  
men tres, persone, non ut illud plenē edicere= In Lib. de  
tur sed netaceretur. Nam & Gregorio Na- Laud. A  
zianzeno teste, cum dicimus una & uia & tres thansij.  
Inosacres illud quidem designat naturam deita-  
tis, hoc autem trium proprietates. Idem con-  
similiter sententibus Latinis, sed propter  
linguae sue angustiam & nominum penuriam  
non ualentibus ab essentia separare substanti-

K am, hoc

am, hoc est ab ~~euangelio~~ Quapropter in-  
duxerunt tres personas, ne tres essentiae reci-  
piantur. Unde & Dionysius de Deo loquens  
evadet uocat trinitatem id est, unitatem naturae,  
in triplici personarum proprietate subsistetem.

Coacta deinde & alia synodus est in  
**Synodus Seleucia Isauriae** ciuitate quo Imperatoris  
Seleuciana Constantij iussu circiter centum & sexaginta  
contra Arianos episcopi conuenerunt, ut de Acacij dogmate  
statuerent, qui similem patri filium esse dixit,  
secundum uoluntatem tantum, & non secundum  
essentiam. Sed hac illius repudiata opinione,  
**Synodus Nicenae confessioni** simpliciter acqui-  
cuit, & praeclarus de illa Sophronius Paphla-  
goniae Episcopus in publico confessu tunc senten-  
tiam tulit dum dixit: Si singulis diebus propri-  
am exponere sententiam fidei constituit exposi-  
tionem, amitteremus tandem ueritatis certitudinem.  
**Memora-  
bilis Sos-  
phronij  
sententia.**

Cum autem diuersis partiis studijs & alterca-  
tionibus aliquot praeclaris conuentus dissolue-  
retur, & constantius tacite consenseret ut Arius  
dogmata paulatim Ecclesijs intruderentur,  
sumptaq[ue] inde causa, quod Episcopi preter  
ipsius

ipſius uoluntatem ē Synodo diſceſſerunt, dum  
bellis occupatus ad eſſe ipſe non potuit, expo-  
ſitionem fidei que Arimini conſcripta erat  
Eccleſijs per Italiā obtruderet, miserandum  
in modum rurſus turbata eſt Christi Eccleſia,  
dū in exiliū pulsis, qui huic fidei quod Ariana  
eſſet ſubſcribere nollēt, hereticis ſubſtituūtur.

Constantinopolim ergo ad Imperatorē miſſi  
ſunt Legati, uiginti numero episcopi qui de uoc-  
abulo eſſentiæ Conſtantium docerent, patrīq; ſ  
coeſſentialē eſſe filiū oſtenderēt, & cum syno-  
dorū decretā exponerēt, ium ipſius etiā Impe-  
ratoris in hoc articulo conſenſū acceſſiſſe de-  
monſtrarēt. Quo facto & Conſtantius corum  
fidem approbauit, & Ariani qui aderāt, pree-  
ſente imperatore, a pijs episcopis cōuicli cide  
cōfessioni ſubſcripſerāt ac filiū Dei unicū do-  
minū noſtrū Iesum Christū patri coeſſentialē,  
id eſt de ſubſtantia patris genitum, ante con-  
ditionem mundi & omnium creaturarum,  
uerē & natura Deum eſſe agnouerunt &  
professi ſunt, quamuis quod ore affirmebat,  
corde interim negarent. Simulatam enim

K z & fuco

De nouis  
in Ecclesia  
uocibus.

¶ fuesam hanc eorum fuisse confessionem;  
hinc facile patet, quod inter suos postea Chri-  
stum natura Deum non esse dicebant, sed di-  
uinitus creatam substantiam, eo modo, quo  
scriptura angelos & alios sanctos etiam De-  
os & Dei filios appellat. Atq[ue] ita palam  
quidem fatebantur Christum uere & natura  
Deum esse, sed priuatim unusquisque apud se  
statuit, Christum esse creatum & factitium  
Deum, sicut Moyses & reliqui sancti. Cum  
autem acerius obiurgati & conuicti essent, eo q[uo]d  
res rediret, ut consubstantialem patri filium,  
una & aequali deitate agnoscere iuberentur  
& profiteri, nulla amplius sophistica rima ad  
elabendum patuit. Nam dico & aequalis si-  
gnificat quo ad substantiam & naturam: ide-  
oq[ue] de hoc uocabulo maxima semper fuit con-  
trouersia, cum plerique illud cuperent expungi,  
quod expresse in scriptura positum non repe-  
riatur. Sed recte Athanasius respondit,  
cum in sacris literis nusquam legatur innascibilis  
ac ingenitus Deus, & tamen Ariani inde  
ratiocinentur, quod Christus Deus esse non  
possit,

possit, quia genitus sit, licere orthodoxis etiam Ecclesijs ambiguas hæreticorum loquitiones nouis quibusdam & accommodis uocibus restringere, dummodo hæc nouitas manifestis scripturæ testimonij non refragetur.

Ne itaq; impijs obliqua subterfugia relinquerentur, quibus inuolucra uerborum Vnica ho-  
læbre errorum erant, ea propter ueteres & mousij uox  
orthodoxi Ecclesiæ doctores talem inuene= Orthodo-  
xos & A-  
runt uoculam, quæ sola & una ueros puræ si= rianos dis-  
dei Christianos & fucatos sacrilegi Arij cernit.  
seclatores distingueret. Quapropter In lib. de  
ipse Hilarius quo uno isti utuntur uocabulum Synod.  
essentiæ retinet, usurpat, & studium episcopo=  
rum laudat, per quos huiusmodi uocibus, ex  
omni parte, qua se circumageret sollicitudo po=  
tuit, hæreticorum ingenij aditus obstruitur,  
ne quid esse diuersitatis in filio prædicetur.

Ac non immerito D. Ambrosius exclamat. Ambrosius  
O nostram imprudentiam, uel potius impuden= defedit uo-  
tiam nos petemus ubi sit literis in Biblijs scri= cabulum  
ptum sacra Trinitatis &c.  
initiati sumus in baptismo ad regnum Dei?

Et tamen qui uolunt habent manifestissimum  
Iohann. 5. eius rei signum literis scriptum apud Ioannem,  
Tres sunt qui testimonium dant in cœlo pater  
uerbum & spiritus sanctus. Videant hic qui  
uolunt testimonium etiam literæ, si uolunt ui-  
dere spiritus testimonium. Sic olim negabat  
Arius ὅμοιον haberet in scripturis, quamvis  
uirtus eius & aequivalens hoc haberetur,  
Ego & pater unum sumus. Vnde miseris qui  
audemus discutere, quem dignè rogare non  
possimus.

Porro autem primo illi generali omnium  
Concilium totius fere orbis episcoporum conuentui ac  
Constanti- Synodo sacrosanctæ, successit anno fere quin-  
nopolitanū quagesimo alterum & ipsum uniuersale Con-  
stantinopolitanum Concilium, a Gratiano  
& Theodosio Imperatoribus, cum alias ob-  
seetas, tum uero heresin Macedonij indi-  
ctum, quod circiter centum quinquaginta Epi-  
scopi frequenter celebrarunt. Tametsi Mace-  
donius Nicenam synodum amplectetur &  
collaudaret, Christusq; natura deū esse fatere-  
tur, & Ariū accerrimo zelo persequeretur,  
spiritum  
Macedoni-  
us damna-  
tur.

spiritum tamen sanctum docebat non esse Deū,  
 sed motum diuinitus creatum, per quem Deus  
 hominum corda moueret, illustraret, consola-  
 retur, & sanctificaret. Hunc igitur errorē  
 discrete illi refutarunt, & Nicenam fidem de-  
 nouo confirmarunt, quam Imperatores ipſi  
 ratam habuerunt, & authenticam in posterum  
 debere esse legē lata sanxerunt: cunctasq; illis  
 Ecclesiās concredi ac tradi iussérunt, qui in Ecclesiā  
 tribus & qui honoris & paris potentiæ hypo- quibus perso-  
 stasibus, unam & candem patris filij & spi- mittendæ.  
 ritus sancti profiterentur dictatem.

Tertio loco celebratum est Oecumeni-  
 cum & generale Concilium Ephesi, contra  
 Nestorium hereticum, Episcopum & patri- Concilium  
 archam Constantinopolitanū, qui cum esset, ut Ephesinum,  
 historiæ testantur, diuinarū scripturarū igna-  
 rius et sacros libros deditnaretur legere, quod  
 naturali suæ cōfisus eloquentiæ aliorum recte  
 monita cōtēneret in eā delapsus est opinione, Nestorius  
 ut publicē interdicēdum putaret, ne quis Ma- hereticus.  
 riam uirginē Deiparam uocaret, sed Christi-  
 paræ appellatione contentus esset, cū fieri non  
 possit,

possit, ut ex Mariā hominē Deus fuerit natus. Neq; uero Nestorius hic Samosatenum aut Photinum sequutus est, qui nudum hominem Christum esse docuerunt, sed ex inscītia scripturarum, solam Deiparæ dictiōnem, sicut & nostri nunc scioli Trinitatis cōsentīac personē uocabula, ueluti Iaruam a

De unione uersatus est, Ignorabat enim illud Ioannis duarum in Omnem spiritum qui dissoluit Christum Iesu Christonā sum a Deo non esse, ideoq; non intelligebat, turarum.

humanam naturam ita cum diuinitate coniunctam esse, ut non amplius duo sed unum sint, quemadmodum & Cyprianus testatur, simul

In serm. de conuenisse diuinitatem sempiternam, & tem-Bapt. Chri poralem humanitatem, & eo tenore utriusq; fti & marū naturæ factam esse unitatem, ut impossibile sit, nifestat. Trinitatis quod iunctum est, ab inuicem separari: sed uerbum & carnem ita esse unam essentiam, ut perfectam & integrām sincera coniunctio faciat unitatem.

Sed Nestorius homo inflatus, fastuſ pharisaico tumens, & indoctus, cum subito euectus esset ad supremum Ecclesiae fastigium, ut pro

41

ut pro summo iam patriarcha haberetur, do-  
ctrinā authoritatem sua metiebatur, & usitatam  
loquendi formulam, quod Maria Deipara  
eſſet retinere noluit, philosophicam potius  
ſpeculationem ſequutus, dum nasci intelligeret,  
e genitrice diuinam naturam acquirere, quod  
difficillimum ei erat intellectu. Quamuis  
enim duas in uno Christo fateretur naturas,  
diuinam ſcilicet & humanam, Idiomatum tan-  
men communicationem noluit concedere, idec  
oꝝ Deum ex homine nasci potuisse negauit,  
quod diuinæ nature tribueret, omnipotentem  
infinitum, æternum eſſe: humanae autem infir-  
mitatis putaret, nasci, pati, mori. Animad-  
uertens igitur Theodosius quorū ſum bic error  
tenderet Concilium in Ephesiorum urbe in-  
dixit, conuocatis ad eam tractandam contro-  
uersiam ducentis ex orbe Episcopis, qui tūm  
ex scriptis Nestorij, tūm confessione etiam  
eiusdem facile intellexerunt, quod hęc illius  
impiaſ non minima cum bliſphemia filij Dei  
coniuncta eſſet, ideoꝝ episcopatu motum in Nestorius  
exilium relegarunt.

Relegatur.

L

Ac

Ac iterum hoc loco dignum est obser-  
uatione, quod iustum Dei iudicium meritas  
et ab isto haeretico tandem exegit paenas, qui  
Nestorij cum nouum in Ecclesia fuscitasset incendium,  
haeretici et multa in filium Dei proterue iactasset con-  
mors.

Nestorij cum nouum in Ecclesia fuscitasset incendium,  
haeretici et multa in filium Dei proterue iactasset con-  
mors.

et multa in filium Dei proterue iactasset con-  
mors.

Sobrie igitur de Deo loqui discamus,  
Communi- catio Idio- et naturarum idiomata ita in Christo dia-  
matu quid. stinguamus, ut verum natura Deum, et uer-  
rum natura hominem in una persona reue-  
renter agnoscamus. Cum enim unione hy-  
postatica, Deus et homo in Christo uni-  
tus sit, recte toti personae tribuitur, quic-  
quid de alterutra natura proprietate dicitur,  
et is loquendi modus Theologis communi-  
catio Idiomatum uocatur, quo fit ut nihil plus  
admirationis habeat, quod Deus passus sit,  
quam quod Deus homo factus est.

Rursus uigesimo et secundo feré anno  
post Ephesinum hoc Concilium a Martiano  
Imperatore

42.

Imperatore iudicata fuit Calcedonensis quarta Calcedon  
uniuersalis synodus contra hæreticum Eutychen <sup>nense con-</sup>  
Constantinopolitanum Abbatem qui cō-  
tra Nestorium distrahitentem duas naturas, & Eutyches  
facientem duos Christos, unum Deum, alterū hæreticus.  
hominem, afferuit, diuinam in Christo naturam  
esse conuersam in humanam. Ac Leo Papa  
in quadam epistola scribit Eutychen & Ne-  
storium diuersas hæreses professos: quod enim  
humanæ proprium erat naturæ id falso Nesto-  
rius diuinitate in Christo tribuere uolebat,  
tametsi cum & deum & hominem agnosceret:  
Eutyches autem econtra diuinitatis Idiomata  
humane naturæ uendicabat.

Quapropter conciliij Calcedonensis Episcopi publicè professi ac cōtestati sunt. Sancti  
ctorum se patrum uestigia sequitos, unum & Calcedon  
eundem confiteri filium, Dominum nostrum nensis.  
Iesum Christum, & cōcorditer docere omnes,  
esse cum perfectū in diuinitate, & eundem per-  
fectū in humanitate, uerum Deum & uerū ho-  
minem, ex anima rationali & corpore, coessē-  
tiale patri secūdū diuinitatem, & coessentialē

L 3 nobis

nobis secundum humanitatem, per omnia nobis  
similem dempto peccato: ante secula genitum  
ex patre secundum diuinitatem, postremis uero  
diebus, propter nos & propter salutem  
nostram, ex Maria uirgine de ipsa secundum  
humanitatem, unum & cundem Iesum Chri-  
stum filium Dei, Dominum & unigenitum, in  
duabus naturis, inconfuse, inconuertibiliter,  
indivulse, & inseparabiliter manifestatum:  
Haudquaquam differentia naturarum pro-  
pter unitatem sublata, sed magis utriusq; na-  
ture in unam personam & unam hypostasin  
concurrentis proprietate seruata, non ut in-  
duas personas bipartitur aut diuidatur, sed  
ut sit unus & idem filius unigenitus, Deus,  
Verbum, & Dominus Iesus Christus, sicut  
olim prophetæ de illo uaticinati sunt, & ipse  
nos Christus instruxit, & sanctorum patrum  
symbolum tradidit.  
Summa igitur circumspetione ac dilig-  
entia opus est ut cautè utriusq; naturæ pro-  
prietates uni personæ tribuamus, si modo uere  
Christum & Deum & hominem esse fateri uo-  
luerimus.

43

Iucerimus: quia Idiomatum sublata communica-  
tione, aut non recte que competit unicuique Idio-  
matum ne-  
attributis proprietatibus, in Christo faciliter cessaria.  
metam diuinam quam humanam naturam amitt-  
temus: cum phrasēs insolite homines non exer-  
citatos & incertos plurimum offendant atque  
perturbent.

Et hactenus quidem dictum sit, de qua-  
tuor præcipuis in orbe terrarum Occumenicis  
Concilijs, quorum primum & antiquissi-  
mum Nicenum Christum natura Deum esse  
contra Arium statuit, qui diuinitatem filij  
abolere conabatur: Alterum Constantino-  
politanum contra Macedonium reuera De-  
um esse spiritum sanctum asseruit: Tertium  
Ephesinum aduersus Nestorium, indiuisum  
esse Christum, & duas unipersonæ naturas  
inseparabiliter iunctas inesse docuit: Quar-  
tum vero & ultimum Chalcedonense contra  
Eutychen diuinam in Christo naturam ab hu-  
mana ita distinxit, ut salutē suę utriusque essent  
proprietates & idiomata, quamvis de una  
Christi persona, recte utraq[ue] prædicarentur.

L 3 Omissis

Omisis itaqꝫ reliquis, quæ plurima quidem nū  
mero, sed nulla cum utilitate, diuersis locis  
& temporibus celebrata sunt Concilia in  
quatuor istorum confessione ac fide, quo ad  
hunc quidem articulum usqꝫ ad consumatio-  
nem seculi bona conscientia placidissime acqui-  
escamus. Nam si quid alibi constitutum est,  
ad priuatos potius usus, & nullius prop̄e mo-  
menti res spectauit, quam ad solidam uacillan-  
tis religionis constitutionem & emolumentum,  
quod ex omnium temporum historijs, non sine  
maximo piae mentis dolore & offensione palam  
ostendi potest. Quæ uero in nūc enumeratis u-  
niuersalibus synodis unanimi cōsensu totius fe-  
ré orbis christiani decreta & statuta sunt, ad  
arcana sacrosanctæ religionis nostræ mysteria  
immediate pertinēt, et nō modo perspicue ostē-  
dūt uniformē Ecclesie de præcipuis fidei arti-  
culis sententiā: uerū etiā illustribus testimonij  
tam luculēter singula doctrinae capita confro-  
māt, ut nemo sanus in dubiū ea reuocare ausit.

Quocirca non possim satis mirari effre-  
natam quorundam nostri temporis Ariano-

rum

44

rum superbiam, & plus quam Gigantem audaciam, qui gentilitijs nescio quibus effascinatis  
præstigijs, toties iam antea, publice ac priuatum tractatas & decisas questiones, de inco-  
gnita humanis sensibus dei natura, incenarrabilis  
natiuitate filij, inscrutabili diuinitate spiritus  
sancti, temere mouere & infinitam blasphemiarum materiam, distractis misere plurimo-  
rum conscientijs, præbere non uerentur.

Ac uide quæso insignem eorum impuden-  
tiam & improbitatem: Omnia sanctorum patrum  
scripta, Occumenicorum conciliariorum decreta,  
perpetuum orbis consensum, diabolico plane fa-  
stu reiciunt, fidemq; omnibus ad unum scriptu-  
re interpretibus, & dignissimis doctrinæ  
coelestis testibus insolentissime abrogant. De-  
inde pari arrogantia & temeritate suas po-  
pulo, præclaras nimirum illas, & spiritu pro-  
phetico tumidas planeq; diuinis commentatio-  
nes & doctrinas proferunt, ratasq; & firmas  
haberi uolunt, non quod eas e purissimis sacra-  
rum literarum fontibus hauserint sed quod  
unum & alterum maleficiatorum hominum

caput

caput ita somniarit, & nescio quod male conciliatum conciliabulum in spiritu erroris sic statuerit. O putidam uero & impiam garrulitatem, que priusquam didicerit quicquam, docere alios inuerecundē geslit.

At miseri & plus quam exceccati homunciones aut non uident eadem hac ratione, qua fidem aliorum labefactare audent, se quoque indigniores esse, quam ut fidem ipsis quisquam habeat, cum nemo tam desperatae conscientie sit, quin malit perpetuam Ecclesiæ constatiam in doctrina sequi, quam leuisimorum id genus rabularum plusquam scurrilibus nugis circumduci: aut hoc certe agunt, ut dum nullis scripturæ interpretationibus, nullis articulorum fidei declarationibus, nullis uel patrum uel neotericorum scriptis dictisque creditur, paulatim docendi Ministerium uilescat, & penitus aboleatur. Quorsum enim attinet publicos fieri in Ecclesia congressus, administrari sacramenta, haberri conciones, cum auditores iuxta ipsorum placitum eatenus ratiū doctoribus fidem adhibere debeant, quatenus  
nude

nuda Biblicorum scriptorum uerba simpliciſa-  
ſime recitant, nulla eorundem uel conciliati-  
one addita uel illustratione, quæ quod ab ho-  
mine profecta sit ſuſpectabomini eſſe poſſit?

Quod ſi ergo Patres & plerosq; alios,  
propterea reiſciendos putant, quod ſuos illi  
nœuos quoſdam habeant, & humana imbecilli-  
tate ſe penumero hallucinati ſint, agedum pro-  
deant in lucem diuinitus miſi prophetæ, &  
aliqua tandem ſuæ perfectionis oſtendant te-  
ſtimonia, quibus perſuasi errare iſpos non  
poſſe credamus, & relictis omnibus, ueluti  
certiſſimos immotæ ueritatis aſſertores ac  
uindices protinus ſequamur. Si autem hoc ar-  
diun & impoſſibile factu eſt, agnoſcant quæ  
ſo ſuam & iſpi tenuitatem hominesq; ſe memi-  
nerint, quibus à natura ſic comparatum eſt ut  
facile & labi & decipi poſſint.

Sed aliud fortaffe eſt, quod corda ipſo-  
rum mouet, & uiridi, ut ille ait, latet anguis  
in herba, nec de doctri næ agitur reſtitutio-  
ne, ſed ſacrosancti Ministerij, ut dixi eneuati-  
onc. Ad quam ut aditum pararent ſibi, non

M

modo

modo in dubium vocata est docentium in Ecclesia fides: utrum etiam omnes honestae discipline & artes in summum adductae sunt contemptum, quarum opera & adminiculo haec tenuis utcunq; conservatum fuit, quicquid in religione christiana integrum & incorruptum ab hereticis permanxit. Haec insignia Dei bona & incōcus̄a diuinæ ueritatis propugnacula, præclaras inquam artes, non minus Ecclesie quam Reip. utiles & summopere necessariae noui oīdāctōr̄ isti, nescio quo ostro perciti, cyclopicā barbaricā reiiciunt, & cum ab omni plane humanitate ac eruditione solidiore abhorreant, quarum expertes ipsi sunt et ignorantia, eas in alijs disciplinas & scientias conuicijs probrisq; inseellantur.

Op̄oīdāctōr̄ uerbum Dei Paulus iubet, ac suo Verbū Dei queq; loco recte distribuere, q; sine Dialecti recte distri- ca fieri nequaq; potest, ex qua necessario distin- buendum. cōtionū genera petēda sunt. Verum cū semel statuerint illi omnia in sacrī literis confundere, ipsumq; adeo si fieri possit coelū terrae cōmisse- cere, inuisis antea uoluerunt exosiasq; eas redere

dere artes, quæ dū certū in docēdo modū et or-  
dinē requirūt, facilimē ubi dolus struatur ostē-  
dūt. Si uero indigestū et cōfusum doctrinæ cha-  
os imperitæ multitudini effundatur, citius est  
deceptionibus ac imposturæ locus, q̄ ex ipsorū  
cōtionibus liquido apparet, in quib⁹ cū nulla  
doctrinæ pars certo aliquo suo loco et tēpore  
satis explicetur, sed pro cuiusq; libito, quicqd  
in buccā uenit, egeratur, ut plurimum accidit,  
ut qui illis interfuerint, nihil de fide certio-  
res euadant, quam de suo itinere qui in obscura  
ſylua oberrant.

Argumentis porro & demōstrationibus  
ſyllogisticis usq; cō infensi ſunt, ut ne mētionem  
quidem earū fieri ſuſtineant, nō quod religione  
aliqua ad id teneantur, ſed quod ex multis tam  
ueterum quam recentiorum historijs ſatis per-  
ſpectum habeant, lubricas & uerſatiles hæ-  
reticorum uoces, dialecticis pedicis firmissi-  
mē conſtrinki, & inclusas certissimē teneri  
poſſe. His autem ſi eximantur uinculis non  
dubitant ſe rudi plebecule mobiliq; uulgo,  
quiduis impune probaturos eſſe.

M z Ac

Ac primo statim falsum statuunt principium, ex quo infinita deinde absurd a perpetua serie consequuntur: nam distincte semper scripturam loqui de patre filio & spiritu sancto asserunt & nomen Dei absolute posatum de solo patre intelligi uolunt, propterea quod solius uerus Deus sit pater, a quo filius natuitate, spiritus sanctus autem processione inenarrabilis ducat originem.

**Quando** **Scriptura** **distincte de** **Deo lo-**  
**quatur.** Et quidem distincte sacras literas de patre filio & spiritu sancto loqui non negamus, quoties uidelicet in collationem ueniunt personae, ut innumeris fere exemplis sollicitate ab illis, sed praeter rem, cum nemo contradicat, coaceruatis, planissime ostendi potest. Ego inquit filius, rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis. Hic manifeste inter se personae conferuntur, propterea & suis singulare officijs distinguuntur, intercedit filius, annuit pater, datur spiritus sanctus.

**Non solum** **patrem ab-** **solutè De-** At quoties nomine dei absolute ponitur, toties solum patrem intelligi, id uero nulla in sacris um appella literis ratione nititur. Nam ut nihil nunc di- ri.

cam,

47

eam, eum qui apparuit patribus, legem pro-  
mulgauit, prophetis locutus est, filium esse  
quantumvis illi Dei appellatio, etiam Hilario  
teste, absolute tribuatur: id satis est respon-  
disse generalia eiusmodi dicta, siue de patre,  
siue de filio seorsim intellecta, uel diuinitate  
alterutrum horum exuere, quod haereticum est,  
uel plures deos introducere quod Idolatricum  
et nimis gentilicium est. Ut si quis uerba  
illa Ezechiæ, Domine exercituū, Deus Isra- Iesaiæ 37.  
el, tu solus es Deus omnium regnum terræ  
de solo patre accipiat, nescio quid de filio fu-  
turum sit, et de spiritu sancto, cum præter  
unum uerum Deum nullus sit. Eadem ratione Iesaiæ 43.  
quod alibi dicitur, Ante me non est formatus  
Deus, et post me non erit: Ego sum, ego sum  
Dominus et non est absq; me saluator, Vos  
testes mei dicit Dominus, et ego Deus, si de  
patre solo quis interpretetur, de honestat filii  
et spiritum sanctum: si de filio solo dictum  
uelit, iniuria patrem afficit, dum ait ante se non  
fuisse Deum: et diuinitatem spiritum sanctum  
priuat, qui post se non futuru Deum affirmat.

M 3 Et huius

Et huic quidem generis infinita sunt scripturae loca, quae conuincunt & cogunt nos, ut quicquid absolute sine aliqua speciali persona=ru proprietate de uno solo uero Deo dicitur, id ad nullam triuim hypostaseon singillatim refe=ramus, sed in genere toti esse entia diuinæ, patri uidelicet filio & spiritui sancto uendicemus.

Hic uero dicet illi tametsi solus pater uer=rus Deus nominetur, non obstatre filio, quo minus & ipse Deus uerus sit, e deo scilicet indeum genitus, & usitatum in scripturis esse, ut quicquid Deus pater usquam fecisse dicatur per filium in spiritu sancto operatus intelligatur: Ideoq; perpetuo ita mentione fieri patris ex quo omnia sunt, ut simul cōpræhēdatur filius per quem et spiritus sanctus in quo omnia consistunt.

Tribuimus equidem & nos perfectam Filius per filio Dei diuinitatem, sed non ita tamen ut aliud Iona non effentia alii illum a patre Deum, sed aliam personam dicamus, quae licet a patre distincta, quatenus genita est, unius tamen eiusdem cum patre permanet effentia ac diuinitatis, quatenus Deus est, cum in una & simplicissima deitate nihil diuine sum esse

48

Sum esse possit. Illi uero dum de vocabulis ea-  
sentiae ac personae, quæ si res ipsa non fraudu-  
lenter confessa sit, exigui sane momenti sunt,  
Quoniam scripturis nec addunt quicquam nec  
detrahunt sed pro afferenda ueritate contra  
lubricos & tortuosos hæreticorum flexus ne-  
ita facile elabi possint, a ueteribus inuenta  
sunt atq[ue] recepta superstitiosius rixantur, &  
filiū Dei aliū a patre Deum, quam aliam  
dicere malunt hypostasin, duos sibi diuersos  
Deos re uera statuunt: quorum professio cum  
irreligiosa sit quia nusquam nisi unum Deum  
prædicatum meminimus & prædicamus,  
tantoq[ue] magis trium Deorum in patre filio  
& spiritu sancto nuncupatio damnabilis sit,  
recte olim secundum Hilarium condem-  
narunt catholici, quod dixerant hæretici,  
ideoq[ue] anathema esse uoluerunt, qui patrem  
filium & spiritum sanctum tres dicat esse  
Deos.

Sed ut dcorum multitudinem inducere  
nō uideantur illi, scelus sacrilegio conantur te-  
gere, et in arianâ e gentilitia impietate labitur  
blasphemie

blasphemiam dum soli quidem patri supremum  
in diuinitate concedunt locum, filio autem &  
spiritu sancto tanquam minoribus diis illum  
stipant: & dolum maligne occultantes, in solo  
tantum patre substantiam infinitam impruden-  
tioribus obtrudere conantur, filium autem &  
spiritum sanctum circumscriptibiles, ut pot-  
essentiatos, sicuti loqui impuros homines non  
pudet asseverare nituntur.

Quamvis enim filium agnoscunt & faten-  
tur esse Deum, tamē natura Deum cum Ario  
negant, eo quod consubstantialem patri non  
adscientiuntur esse, sed posteriorem & meno-  
rem patre faciunt filium, quod solus ille a se  
ipso extiterit, hic autem ex illius natura ge-  
nitus sit.

E sacrarum autem literarum reuelatio-  
**In diuinitate** ne, & antiquissimorum patrum testimonij, in  
ee nihil pri- una eademq[ue] patris filij & spiritus sancti dei-  
us aut poste- rius nihil tate, ut nihil prius aut posteriorius, ita nihil eti-  
minus aut am minus uel minus agnoscimus, sed tres illas  
minus eiudem originis, naturae, potentiae, & maie-  
statis hypostases, æquali per omnia honore &  
gloria.

gloria uenerantur iuxta illud D. Pauli, ex  
ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi  
honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Patrem uero tunc demum filij principi-  
um esse dicimus cum in collationem ueniunt Pater quā  
personae, & relatio quae filio ad patrem est, do principi-  
notatur. Cum uero sine patris respectu sim= pium filij  
pliciter de filio loquimur, bene & proprié ip-  
sum per se esse asserimus, iuxta illud Antequā  
Abraham fieret ego sum, quemadmodum per-  
spicue ostendit Augustinus, in cuius simplici Lib. 5 de  
explicatione tutius est subsistere, quam eu= Trinit.  
nidis speculationibus in tam sublimi mysterio  
longius euagari.

Ad Christi autem uerba quod attinet,  
quibus patrem maiorem se affirmat esse ubiqꝫ Quomodo  
in nouo testamento cernitur, quod Dominus filius minor  
noster Iesus Christus in hominis forma appa-  
rens, quoties de se loquitur, id sibi tantum su-  
mit, quod hominis est proprium, habita ratio-  
ne Iudeorum, qui nudum eum hominem aestima-  
bant. Quapropter & nos maiorem filio pa-  
trem non quidem negamus, sed ratione humanae

N in Chri-

v. 31. Matt. 25. In Christo naturæ id intelligi oportere assertus, quatenus uidelicet exinanito semetipso factus est obediens patri usq; ad mortem. Quātum uero diuinā Christi naturam cōcernit nihil maior est pater filio, sicut nec filius spiritus sancto, sed una eadēq; omnibus potestas gloria & maiestas: sicut et alio loco ipse Christus dum simpliciter de diuina gloria loquitur, suam gloriam uocat, quā alibi patri tribuit, quod cū ipse mortalis homo in terris uersaretur, in solo patre reluceret diuinitas, quæ in ipso sub contempti serui habitu abscondita latebat.

Filius minor & maior scipso filius Dei est. Minor quidem patre quoad formam serui, hoc est in humana natura: Maior autem quo ad formam Dei, quatenus uidelicet hominem diuina ipsius excellit maiestas. Hinc & Hilarius testatur Lib. 9. de Trinit. quod omnem sermonis sui significationem ita Christus temperarit, ut quicquid Deo patri honoris protestaretur, id modestissima confessione etiam sibi proprium esse demonstraret. Dum enim & in Deū credere & inse iubet quæro

quæro in quo se in natura discreuerit, qui non  
discreuit in honore, cum ait, qui non honorat  
filium non honorat patrem? Sed ita in omnibus  
quæ loquitus est Dominus temperauit ne di-  
uinitati sue contumeliam nativitatis confessio  
adferret, neue obsequij religio naturam maie-  
statis offenderet.

Quod si enim in simplicissima Dei essentia aliquam statu eremus in æqualitatem plures ne- cessario deos fingeremus, quorum maior impe- raret, minor obtemperaret, dominus ille, hic famulus esset, quod a sacrarum literarū sensu omnino abhorret. Nā si maior est spiritus san- cto filius, quomodo ab illo cōcipitur, & in hūc mūdū mittitur? quomodo, inquā, maior mittitur à minore? Sic enim Christus apud prophetam loquitur: Accedite ad me & audite hoc, Do- minus Deus misit me et spiritus eius. Quomo- do item omne peccatum in filium si maiore est remittitur, cum nullum remittatur peccatum in spiritum sanctum si minor est?

Iam uero si filium patre minorem di- xeris, quo ad diuinam illius naturam, uereor est minor patre.  
N z nc blas.

ne blasphemus sis, & manifeste Deum argua-  
mendacij, qui cum solum se uerum Deum esse  
dixerit, & gloriam suam alteri non daturum  
**Iesaiæ 45.** iurauerit, de filio tamen ait. Te adorabunt &  
deprecabuntur, quia tantum in te est Deus,  
& non est Deus absq[ue] te: Vere tu es Deus  
absconditus Deus Israël saluator.

Quod si etiam filius non dicam non æqua-  
lis patri, Verum unius & idem cum patre non  
est Deus, quomodo honorem quem Deus pa-  
ter sibi soli apud prophetam uendicat, dum ait,  
**Rom. 14.** In memet ipso iuraui, quia mihi flectetur omne  
**Philip. 2.** genu, apostolus tamē Paulus ipsi filio tribuit:  
Cuius item diuinitatis plenitudinem in Chri-  
sto corporaliter habitare irreligiosi acies in-  
genij finxerit, præterquam ipsius patris, qui  
loquitur in loquente, uidetur in uiso, operatur  
in operante, unus in uno, totus in toto, Deus  
in Deo?

**Præclarū Ambrosij** dictum. Quapropter præclare Ambrosius di-  
xit: Ego patrem quidem inaccessibilem, in-  
comprehensibilem, inæstimabilem, prompte  
dixerim: & filium tamen minorem eo dicere  
non ausim

non ausim. Nam cum illum legerim splendo-  
 rem gloriae & imaginem substantiae patris,  
 uere orne minorem dicendo imaginem substanc-  
 tie paternae, uidear dicere minorem substanc-  
 tiam patris, cuius imago est filius: cum ple-  
 nitudo paternae diuinitatis omnis sit in filio.  
 Immensum patrem filiumq; & spiritum sanctum  
 immensum, incircumspectum, inestimabilem,  
 inenarrabilemq; legi libenter, & credo liben-  
 ter, & ideo aestimare non possum ut possim  
 examinare. Si ergo omnipotentem patrem me-  
 tiri nequeo, possumne sine sacrilegio degener-  
 rationis illius disputare secreto? ac sacrosan-  
 ctæ Triadis conuellere mysterium? possumne  
 dicere quod aliquid inter patrem & filium  
 plus minusve sit? cum ipse qui natus est dixe-  
 rit: Omnia que pater habet, mea sunt? Aut  
 spiratne filius eundem quem spirat pater spi-  
 ritum sanctum? Quis me constituit iudicem, in  
 rebus humanis dicebat filius Dei, & nos in-  
 ter patrem filium & spiritum sanctum diuisi-  
 onem nobis & iudicium uendicamus? Bona  
 pietas arbitros refugit etiam in diuisione pa-

Iohann. 16.

Luc. 12.

N 3 trimonijs:

trimonij: nos uero erimus ne arbitri, ut inter  
patrem æternum & filium & spiritū sanctum  
increatae maiestatem substantię diuidamus? Si  
patrem omnibus maiore dixero iniuriose illum  
suis cum operibus comparauero: Si maiorem  
filio, ut Arius afferit, impie de ipso iudica-  
uero. Prius erit illa sententia. Nam neq; ulla  
fieri potest prælatio nisi ex cōparatione, neq;  
præferri quisquam, nisi de quo prius fuerit iu-  
dicatum. Iurare nobis per cœlum non licet, iu-  
dicare de spiritu sancto & filio Dei licet?

Metuebat Ioannes carnem Domini baptisare:  
**Math. 13.** & ego Christum filium Dei & spiritum san-  
ctū meo subdam iudicio? Moïses excusat, Pe-  
trus imperatum obsequium in ministerio de-  
clinat. Arius & Sabellius scrutantur etiam  
alta Dei, cum interim dictum sit, Altiora te ne

**Eccles. 3.** quæsieris? Moïses prohibetur uultum Domini  
uidere: Sectarij uolunt uidere secretum Dei?  
Moïses posteriora tantummodo Dei intypo-  
uidit: Arius cum suo satellitio totum Deum  
facie ad faciem comprehendit?

Nihil nimirum hic uel minus uel maius,  
sed pars

52

**s**ed paria omnia & aequalia, in tantum ut spiritus sanctus & a patre mittatur & a filio, ac missus ab utroque, interim tamen & ipse filium mittat, ut indiuisa trium unitas ipsa operatio-  
nis identitate comprobetur, & nullam maiestatis dissimilitudinem esse pateat.

*A*d unius enim naturae significationem Lib. 9. de  
(ut Hilarius ait) & ipse Paulus refert, quod Trinit.  
non nisi opus unius naturae esse possit: Et cum  
specialiter Deo id ascriperit, ut ex eo omnia,  
& proprium Christo detulerit, ut per eum  
omnia & nunc honor Dei sit, quod ex ipso,  
& per ipsum, & in ipso sint omnia, & cum  
Spiritus Dei, idem sit & spiritus Christi,  
uel cum in ministerio Domini, & in opera-  
tione Dei spiritus unus operetur & diuidat:  
non possunt non unum esse, quorum propria  
unius sunt, cum in eodem Domino filio, & in  
eodem Deo patre, unus atque idem spiritus in  
eodem spiritu diuidens universa perficiat. Nam  
sicut Moyses testatur motante spiritu sancto  
universata omnia, ita & filio disponente crea-  
ta esse omnia nemo unquam negauit.

Condita

Condita sunt autem omnia per filium utique non  
monstrante patre, aut qualia fieri uellet impe-  
rante, sed simpliciter creata collaudante, ac  
bona esse pronunciante: non ut seruilem filij  
obedientiam commendaret, sed eandem ostend-  
deret filij suamque esse uoluntatem, cum faciens  
prout uoluit omnia filius, ita effecta dederit, ut  
pater ipse comprobaret, acquiescens ijs, nec  
meliora creatureus quam pari sapientia & po-  
tentia ipse filius feci set.

Quapropter & illud falsum est, quod  
semper scriptura ita de his distincte loquatur  
ut omnia ex patre per filium in spiritu sancto  
dignum eret, quemadmodum Basilius ille ma-  
gnus aliquod illustribus sacrarum litterarum  
exemplis ostendit, & ipse Hilarius testatur,  
unum idemque significare per Christum esse &  
ex Deo esse.

Lib. 8.  
de  
Trinit.

Negat enim uetus illud, cui applaudunt  
Actij commentum, Quod que inaequalia sunt  
secundum naturam inaequaliter proferantur,  
particulus & contra, que inaequaliter proferuntur, in-  
Ex, Per, & aequalia sunt secundum naturam, quamuis pro-  
fundum

fundum habeat ex teclum aduersus pietatem  
 consilium, ulla satis firma in sacris literis au-  
 thoritate nititur. Nam uoces ille, Ex quo,  
 Per quem, In quo, uerba sunt apostoli, nō legem  
 ferentis: à qua discedere non licet, sed probet  
 personarum substantias discernentis: nec ideo  
 sic proferuntur, ut naturæ diuersitatem intro-  
 ducant, sed ut inconfusam patris filij ac spiritu-  
 tis sancti notionem declarant: Et quam non  
 sint inter se cōtrarie uelinde patet: quod idem  
 Apostolus simpliciter de Domino loquens,  
 omnes illas uoces de uno eodemq; subiecto praē-  
 dicavit, dum ipsi Domino ex quo, per quem, Rom. II.  
 in quo sint omnia, gloriā & honorem assignat.  
 Siue enim hic Domini appellatione filii com-  
 prehendas, reperiatur vox ex quo, filio conve-  
 nire, siue ad patrem uerba illa referas, vox per  
 quem, Deo patri competere ostendetur: &  
 parem dignitatem utræq; uoces habebunt, eo  
 quod æquali ratione de una & eadem persona  
 sint usurpatæ.

Quod enim ad syllabam (ex) attinet, negari  
 non potest, quin uero etiam in sacris literis  
O sepiissime

Sæpiissime illa tribuatur, sicut & præpositio  
In, quam solius tamen spiritus sancti esse con-  
tendunt. Nam illa D. Pauli uerba crescamus

Ephe. 4. in ipso per omnia, qui est caput Christus, ex  
quo totum corpus augmentum sumit, utiqz de

Iohann. 1. solo filio accipi necesse est, sicut & illud Io-  
hannis, Ex plenitudine eius omnes accepimus,  
tametsi uocabulum Ex, soli patri uendicare  
isti conentur. Pari ratione profecto non de  
patre sed spiritu sancto dicitur, Quod natum

Math. 1. est in ea, ex spiritu sancto est, & quod na-  
tum est ex spiritu, spiritus est: sicut uice  
uersa particula Per, quam illi de solo filio  
dici uolunt sæpiissime tam patri quam spiri-  
tui sancto in sacris literis tribuitur.

I. Cor. 1. Nam expresse Apostolus inquit. Fide=

lis Deus per quem uocati estis in consorti=

um filij ipsius. Item, Non amplius es ser=

uus sed filius & heres per Deum: Et Chri=

stus resurrexit per gloriam patris: Et cha=

ritas Dei diffusa est in cordibus nostris per

spiritum sanctum.

Quod si ergo diversitas prolationis natu=

ram di-

ram diuersam indicat, uelut illi uoluunt: nunc  
ipsa uocum identitas commoueat ipsos, ut pa= R. C.  
tris filij & spiritus sancti essentiam minime  
uariantem confiteantur. Sæpe enim ut ali= R. C.  
as ita & in theologia uocabulorum usus per= R. C.  
mutantur & ad mutuas significationes trans= R. C.  
feruntur, cum alterius significatum assue= R. C.  
mit.

Certior autem & magis perpetua est  
regula illa, quod opera Dei quo ad exter= Opera Dei  
nas actiones sint indiuisa id est totius com= quoad ex-  
munia diuinitatis. Nam de patre inquit apo= tra sunt in-  
stolus quod suscitauerit a mortuis Iesum,  
& tamen Christus interim ait: Soluite tem= Iohann. 2.  
plum hoc & in triduo suscitabo illud. Item, po= Iohann. 10.  
testatem habeo ponendi animam & resumendi. Iohann. 14.  
Sic etiam Christus in carne existens uoce sua  
dæmonia ejicit, nec tamen excludit ab hac ope= Matth. 12.  
ratione patrem, quem in se illa opera facere  
testatur, nec etiam spiritum sanctum in quo sc

Iam uero quod totum pro nobis Christum  
Deum ut delictum ac hominem passum dicunt,

O z facile

facile admittimus, si de persona, quæ est Deus  
et homo, intelligunt: Si de utroq[ue] natura ac-  
cipiunt, quod certè corum dicta et scripta do-

Christus cent omnino negamus. Totus quidem Christus  
quomodo passus est, sed non totum. Totus refertur ad  
pro nobis passus. personam, quæ est Deus et homo: totum ad  
naturam. Diuina autem natura nihil potest  
pati: ideoq[ue] filius Dei humanū corpus assump-  
tit crucifigi ac mori posset. Nam si Chri-  
stus, quatenus uere Deus erat, passionibus  
ullis obnoxius esse uoluisse, quid opus erat  
quæso fieri hominem? nisi forte cum Osiandro  
senserimus, cum etiam si uictima pro peccatis  
immolari non debuisset, nihilominus tamen na-  
sciturum fuisse.

Miror autem ualde quomodo nimia illa  
sapientia sua excœcati homines in tantum de-  
mencie lapsi sint, ut nos potius in ipsorum uer-  
ba iuratores sibi persuaderent, quam D. Pe-  
tri hac in re doctrinam amplexuros, qui Chri-  
stum in carne passum claris uerbis affirmauit:  
Quam apostoli traditionem et uetus Eccle-  
sia unanimi cōsensu retinuit, ut patrum scripta  
testantur. Iræneus

I. Pet. 4.

55

Irenæus enim discipulus polycarpi, qui  
Ioannis Euangelistæ auditor fuit, expresse te-  
statur Christum possum esse requiescente ἀόρα-  
tus, non exerente uires suas diuina in Chri-  
sto natura. Et Ambrosius Christum, inquit,  
exinanisse semetipsum, et formam serui assu-  
misse, ut caro uerbi, uel manens in carne uer-  
bum, pati carne posset.

Eodem scilicet Hilarij etiam uerba spe= Lib. 10. de  
ctant, dum ait, Deus nec mortuus est, nec se= Trinit.  
pultus, sed sacramentum istud diuinæ intelli= gentiæ est, non ignorare Deum, quem non ne-  
scias hominem nescire autem hominem, quem nō  
ignores Deum: Iesum Christum non diuide= re, quia uerbum caro factum est..

Nec tamen uerbum ipsum in carnem cons-  
uersum ac mutatum est, ita ut desisteret Deus Quomodo  
esse, qui homo esse uoluit. Sed ita uerbum caro uerbum ca-  
factum est, ut non tantum ibi sit uerbum Dei ro factum.  
et caro hominis, sed etiam rationalis hominis  
anima: atq; hoc totum et Deus creditur pro-  
pter Deum uerbum, et homo propter homi-  
num, Deus enim uerbum nō accepit personam  
O 3 hominis,

hominis, sed naturam: **T**in eternum persona  
diuinitatis temporalem accepit substantiam  
carnis: ideoque duas in Christo profitemur na-  
turas, non autem duas fingimus personas.

**H**inc & illud soluitur, quod quamvis  
unius substantiae credamus esse Deum patrem  
**C**uomodo filium & spiritum sanctum: non tamen dici-  
**M**aria Deunus huius trinitatis unitatem genuisse Ma-  
riam virginem, sed tantummodo filium, qui  
solus naturam nostram in unitate personae  
sue assumpsit. Nam licet ipsum filij Dei  
incarnationem censemus totam sacratissi-  
mam Triadem operatam fuisse, quia insepa-  
rabilia sunt opera Trinitatis quoad extra,  
ut usitat<sup>e</sup> loquuntur: Tamen solus filius (non  
enim confundendae sunt personae) formam  
serui accepit, in singularitate personae, non  
in unitate diuinae naturae: In id, quod proe-  
prium est filij, non quod commune Trini-  
tati, quae forma illi ad unitatem personae iux-  
ta scripturas coaptata est ita, ut filius Dei  
& filius hominis: unus sit Christus.

**Sed**

56

Sed impulit nimis eos in hunc errorē confusa Idiomatum distinctio quam cum recte à maioribus traditam, sinistrè ipsi acceptissent, nec admitterent mera sua uel arrogantia uel affectata ignorantia in reprobum sensum dati, dum cœlesti ueritati difficilimum esset refragari, & fœcundus error aliam post aliam, qua elaberetur, uiam quereret diuinam Christi naturam in humanam fuisse commutatam finxerunt. Cumq; à magni nominis Theologo aperte reprehenderentur, quod illud Iohannis dictum: Verbum caro factum est, more Arij & Eutychetis simpliciter de commutatione huiusmodi diuinitatis in humanitatem intelligerent, cum sic accipidum sit, uerbum id est filius Dei, factū est scilicet assumptione, caro id est perfectus & integer homo, in hec uerba responderunt, uerbum carnem factum simplicissime cum Iohanne credimus, cuius sententie quia spiritus sanctus author est, interpretationi humanae illam uiolare non permittimus: potuisset Gabriel cum Maria simili interpretatione uti,

quando

quando quæsivit, quomodo fieri studiū, sed sp̄i-  
ritus sanctus non permisit, & virtus altissimi  
prohibuit.

Quām firmis autem hoc ipsorum commē-  
tum nitatur rationibus, uel ex hoc uno satis  
apparet, quod iam olim non minus ab Arianis  
Decretum ipsiſ quam catholicis episcopis in Sirmiensiſ ſynodiſ Sirmiensiſ  
nodo anathemati ſubiecti ſint, Qui uerbi car-  
nem factum eſſe audientes, uerbum in carnem  
mutatum eſſe, aut conuerſionem paſſum carnem  
aſſumpſiſe putauerint.

Et digna notata ſunt Hilarij uerba, quod  
conſeruatur dignitas diuinitatis, ut in eo, quod  
uerbum caro factum eſt, dum uerbum caro fit,  
non amiferit per carnem, quod erat uerbum,  
neq; translatum in carnem fit, ut uerbum eſſe  
deſineret: ſed uerbum caro factum eſt, ut caro  
potius hoc inciperet eſſe quod uerbum: Sed  
demutacionem Deus nesciens, nihil ex ſubstan-  
tiæ ſue bonis caro factus amifit. Quemadmo-  
dum & Cyprianus ait, Non damno aliquo  
aut iniuria diuinitatis Christus in carne paſſus  
eſt, ſed ut per infirmitatem carnis operaretur  
ſalutem.

salutem in medio terre. Sed attraxerunt miseri homines, ut in re desperata fieri solet, quicquid malæ suæ causæ patrocinium uel minimum etiam aliquo modo facere uideretur, parum interim solliciti, an quæ in uulnus spar-  
gunt, uel sacræ literis consentanea, uel Eccles-  
iæ consensui accomoda uel ipsi etiam rerum  
naturæ sint conformia.

Nam quod spiritum sanctum non adoran-  
dum esse clamitant, cum expresso scripturarum De inuoc-  
sensu, illustribus patrum testimonij, ipsaq; tus sancti.  
numinis pugnat natura, si modo deum illum esse  
concedunt, nec cum Macedonio diuinitate om-  
ni excludunt. Sic enim sacrosancta habent ora-  
cula, Dominum Deum tuum adorabis, & illæ  
soli seruies: qua immota diuinæ mentis regula,  
ut aut spiritum sanctum comprehendant &  
inuocent necesse est, aut uerum Deum non esse  
ostendant. Nam potior nulla est & magis se-  
cundum naturam colendi Dei ratio, quam so-  
lennibus & pijs uotis placatum numen depre-  
cari, & ab eo in quo uiuimus mouemur & fu-  
mus in omnibus actionibus nostris opem &

P auxilium

auxilium petere: Nec ullare magis offenditur Deus, quam cum honor iste ac ueneratio, quam sibi soli præstari uult, uel negligitur uel alio defertur, ut et sapientes ethnici naturæ ductu iudicarunt, & horrenda poenarum exempla omnibus temporibus abunde demonstrarunt.

Cum igitur filius Dei spiritum sanctum ita sibi patrique coniunctum uelit, ut nihil minus in nomine sancti spiritus, quam filij auct patris, credentes baptisari iubeat: & pro sim Dei nomen in sacris literis spiritui sancto tribuatur: quo tandem ore blasphemii homines insigne hoc excusabunt sacrilegium, quod quem colere debebant & uenerari spiritum sanctum, a patre & filio segregatum eis priuant honoribus, quos illi Deus ipse iam inde a mundi initio contribuit & uendicauit?

Nam si hac in parte processio spiritui sancto debet obstat, quo minus inuocatur cum patre, qui existit a seipso: aut si grammatica illa distinctio, qua preces non  
ad spiritu

ad spiritum sanctum, sed in spiritu fieri dicuntur: eadem profecto ratione nec ipsum Dei filium Dominum & mediatorem nostrum Iesum Christum inuocare audebimus, quod & ille ab eterno patre, non quidem processerit, sed genitus sit: & per ipsum habeamus accessum ad patrem: Redibitque tandem res, ut praeter orationem, quam uocant Dominicam, ad solum patrem directam nulla precandi formula in Ecclesia toleretur.

Sed iterum elabuntur lubrici serpentes, ac uirulenti angues, & nullum scripturæ proferri posse exemplum aiunt, quod spiritum sanctum alicubi fuisse adoratum doceat, sicut de filio unum atque alterum adduci queat. Reueras autem interim non quod sequatur è sacris literis desiderant, sed spiritum sanctum ideo non inuocant, quia illū pro uero Deo non habent, sed motū saltem diuinū putant, à patre prodeunte, nullatenus cum ipso aut filio conferendum.

His autem blasphemis sacrarum nos litterarum opponamus testimonia, quæ spiritum

P z sanctum

**Testimonia sanctum uere ac natura Deum esse, idcoq; non**  
**quod spiritus minus quam patrem aut filium adorandum o-**  
**sit Deus.** **Gen. I.** **stendunt. Moises cum in ipsa mundi creatio-**  
**ne spiritum sanctum super abyssos expansum**  
**fuisse testatur, & in fouenda recens condita**  
**mole operatum, hoc illum ipso creaturarum**  
**numero eximit, quod nullis cum finibus circum-**  
**scribit. Deinde Apostolo teste per spiritum**  
**Cor. II.** **datur sermo sapientiae & scientiae genera lin-**  
**guarum & interpretatio sermonum: cum tan-**  
**men per Moisen Deus testetur a se ista effici,**  
**dum ait, Quis fecit os hominis, & fabricauit**  
**Exod. 4.** **mutum & surdum? Nonne ego? Ego ero in**  
**Ag. 20.** **ore tuo, & docebo, quid loquaris. Et cum Ie-**  
**saias Dominum exercituum loquentem intro-**  
**ducit, Paulus Spiritum sanctum esse docet, qui**  
**loquitur: quo satis superq; demonstrat, diui-**  
**niam in spiritu sancto residere maiestatem, qua-**  
**ledere uel imminuere, iuxta Christi sententi-**  
**am, crimen inexpiable est.**

**Cumq; apostolus Paulus unum Deum,**  
**unam fidem, & unum baptisma ita connectat, ut**  
**Eph. 4.** **inde in unius Dei uniformem fidem, ac religi-**  
**onem**

onem per unum baptisma iniciari nos ratiocinatur, necesse est nobis, ut cum uerum Deum profiteamur in cuius nomen baptisati sumus. Baptismate obligamur ad unius dei et fidei professionem.  
*Voluit autem Christus in nomine patris filij*  
 Et spiritus sancti fideles omnes baptisari, ut ostenderet, in Dei essentia tres residere distinctas personas, in quibus unus ille uerus Deus solida claritate cognoscitur. Quoniam ergo non licet nisi in unius Dei fidem baptisari, Et filius tamen Dei, nomen spiritus sancti in baptismate requirit, evidentissime sequitur, Spiritum sanctum cum patre filioque solum illum uerum esse Deum, ad cuius cultum Et uenerationem ipso baptismi iuramento astringimur.

Neque sane oportebat (ut Hilarius ait) In Lib. ad post confessam Et iuratam in baptismo fidem in nomine patris filij Et spiritus sancti, quicquam aliud uel ambigere uel innouare, sed humanae infirmitatis modestia omne cognitionis diuinæ sacramentum, illis tantum conscientiae suæ finibus continere: Verum postquam noua potius ceperunt condi, quam accepta retineri, nec ueterata defenduntur, nec firmantur inno-

uata, & fides potius temporum fit quam Eu-  
angeliorum.

Quod uero spiritum sanctum a solo pa-  
re procedere contendunt, & dictum illud  
ritus sanctus Christi eo abripiunt, quo ait, Cum uenerit  
etiam a filio, paracletus, quem ego mittam a patre, spiri-  
tum ueritatis, qui a patre procedit, non uideo  
qua ratione fiat. Tametsi enim Christus in  
forma serui loquens, omnem diuinitatis glori-  
am ad solum patrem refert: tamen post glo-  
rificationem sui corporis nihilominus a se  
quam a patre spiritum sanctum procedere  
ostendit, dum afflat discipulos, & spiritum  
sanctum eo halitu accipere iubet. Et alio  
item loco inquit, paracletus spiritus sanctus  
quem pater mittet in nomine meo docebit uos  
omnia. Unde satis apparet, quod sicut mis-  
sio spiritus sancti tam patri quam filio com-  
petit, ita illius quoque processio non minus ad  
filium, quam patrem ipsum referenda est.

Ethunc perpetuum Ecclesiae consensum fuisse  
Lib. 2. de usitatum Nicene confessionis symbolum ex-  
Trinitate presse declarat, ac ipse Hilarius etiam monet

spiritum

60

spiritum sanctum de patre & filio auctoritate  
esse confitendum.

Deploranda ergo est miserrimorum hominum cæcitas, qui cum ingenij sui acie omnium diuinitatis mysteria penetrare ac penitus scrutari uellent, inaccessibili illa diuinae claritatis luce ita oculos suos hebetarunt, ut nihilo plus suo nunc intellectu, quam cœcus uisu, possint deprehendere: Ideoque pro ueris & immotis sacrarum literarum oraculis recteque traditis patrum sententijs ea solummodo colligant & amplectantur, quæ à pestilentissimis hæreticis diuerso tempore uirulenter sparsa, iam olim uniuerso totius orbis terrarum iudicio, tam in Concilijs & synodis damnata, quam luculentissimis Doctorum in Ecclesia scriptis evidentissime refutata sunt.

Et tanta quidem incurabili ipsorum comes est insania morbo, ut recte monitis non solum non obtemperent, sed obstinata etiam pertinacia furores suos audacter defendant, & qui contra sentiunt, non tam odio inueterato prosc=

prosequantur quam virulentis calumnijs pro-  
scindant. Cum enim haec ipsorum deliria cum  
Arij blasphemijis aliorumq; haeresibus con-  
iuncta esse docerentur, puram illi uicissim  
Ecclesiae ueræ ac orthodoxæ religionem, con-  
stantemq; ac indelibatam fidem exquisita simul  
astucia & malitia Sabellianismi arguere aust  
sunt homines non tam rerum omnium ignari,  
quam Dei ac suæ ipsorum conscientie imme-  
mores. Quid enim per Deum immortalē Ec-  
clesiæ catholicæ commune cum Sabellio, qui  
personas inter seita in unum confundebat, ut  
pater esset filius & filius pater: spiritus san-  
ctus nunc pater, nunc filius, & illi rursus spi-  
ritus sanctus, prout usus loquendi posceret?

Vnum uerum Deū ut christiana fert re-  
ligio credimus & profitemur, & tres tamen  
Nihil Ec- ciusdem diuinæ nature hypostases seu personas  
clesia com mune cum nec disparcs nec diuersas, sed æquales omnino  
Sabellio. ac pares, quo ad originem, essentiam, & potè-  
tiam, agnoscimus & ueneramur, certisq; illas  
proprietatibus & officijs ueræ ac realiter  
distinguimus, nec ulla tenus inter se cōfudimus  
aut

aut commiscemus: Ut igitur Sabellij confu-  
sionem toto pectore detestamur: ita non ficti-  
ciased reali hypostaseō distractione ab illius  
nos opinione quam longissime sciungimus.  
Neq; enim nobis idem est patrem esse, quod  
et filium, nec idem est filium esse, quod et  
spiritum sanctum, sed incommunicabiles singu-  
lis proprietates tribuimus, et certa quibus  
inuicem distinguantur officia: Ita ut semper  
nobis pater sit, is qui filium genuit: semper filius  
sit, qui a patre genitus est: semper spiritus  
sanctus, qui ab utroq; procedit: Et sic in una  
eademq; diuina essentia seu natura, tres nobis  
distinctae sunt hypostases, que una Sabellij eas-  
demq; nullo ordine uel distinctione, persona,  
dum pro una ille dicitur unicam sibi imaginatur  
hypostasin. Nam sicut aliud est gignere, aliud  
nasci, aliud procedere: ita reuera etiam alia  
nobis patris, alia filij: alia itidem spiritus san-  
cti, persona quidem seu hypostasis, sed tamen  
non alia est essentia et natura. Si enim pro  
tribus personis tres comminisceremur essen-  
tias, aut unam in plures deduceremus, non iam

Q      unum

unum Deum, sed plures, manifeste statuere-  
mus: quod fides nostra & christiane religi-  
onis non patitur mysterium, usu tamen uenit  
illis, qui extra Dei uerbum humanis rationie-  
bus altiora se inquirere conantur.

Ut igitur cum nouis horum temporum  
Arianis, ita & cum Sabellio, nihil nobis  
commune est: Cum uera autem & ortho-  
doxa Christi Ecclesia communia omnia,  
unius Deus, unum baptisma, una fides: In  
cuius sacrosanctæ communionis unitate con-  
stanter acquiescere malumus, quam uarijs  
speculationibus in tetros subinde errores  
abduci.

Faceſſant ergo hinc & ualeant, quicunq;  
curiosis extra diuinas patefactiones queſti-  
onibus unanimem Ecclesiæ consensum, quem  
pacata ſequimur conscientia turbare potius  
quam tueri uolunt: Nos interim orabimus  
Dominum Deum noſtrum, ut & illis men-  
tem ſaniorem det, & abortiuum horum tem-  
porum foxtum, ad dilectam primitiue Ec-  
clesiæ ſobolem clementer congreget atq;  
defendat

defendat, & iuxta preces Christi, pro sua  
faciat misericordia, ut sicut ipsi unum sunt,  
ita & nos in ipsis unum simus, ac de ipsis  
dem idem omnes loquamur & sentiamus.

Quamuis enim illi fidem hanc & con-  
fessionem, Verbo Dei congruam, & sane  
ctorum patrum auctoritate munitam, mul-  
tipliciter derident ac subsannant, adeo eti-  
am ut per ludibrium dicant Augustinian-  
um nos Deum colere: tamen tantum ab-  
est, ut his moti conuicijs & sarcasmis &  
suscepta semel ueritatis defensione in par-  
tes ipsorum uelimus concedere, ut etiam  
magis magisq; in nostra sententia confir-  
mati aperte protestemur, malle nos cum  
totius fere orbis terrarum electis Au-  
gustinianum Deum uenerari, quam gentilem  
agnoscere grauiissimasq; praeuaricatae reli-  
gionis olim poenas dare. Ad patres sane quod  
attinet, habent suos & illi nemos, quemadmodum  
iam ante a me dictum est: sed tamen articulum  
de uno Deo & tribus personis qui facile prin-  
cipem in christiana religione locum obtinet

**Q** 3 singularē

Singulari quodam Dei beneficio integrum &  
incorruptum unanimiter retinuerunt, & per-  
spicue ac diserte explicatum ad posteros suos  
fideliter transmiserunt. E quorum immensis  
voluminibus, quae uigilantiam & studium ipso-  
rum in conseruanda uera Ecclesiae doctrina  
satis superq; ostendunt, pauca hic adiungam  
illustriora dicta, ut nihil nos noui fingere, sed  
antiquissimam & propterea etiam certissimam  
unoq; omnium ore probatam & receptam de  
fide sententiam tueri ac sequi rudiores intelli-  
gant.

Detrahunt quidem innouatores isti Cy-  
riano, Augustino, Cyrillo, Chrisostomo,  
Basilio, ipsiq; nisi cum cōfessiat Hilario, &  
bis antiquiori Iustino Martyri? cuius solius  
tametsi nescio quo Tryphon triumphet, uer-  
ba tamen planissima ueteratorie dissimulant,  
quae in exordio libri eius de sancta & cōfes-  
sionali Trinitate, ubi ex professo eam materiam  
tractat, sic habent. Non sufficit ad parandam  
salutem glorificare patrem & filium, sed sana  
Trinitatis confessio felicitatem præstat pijs  
reposito

repositam: *At nos interim nihil eorum clausoribus moti, hoc suo ipsorum eos iugulemus gladio, & sententiam uel istius Martyris amplexi, de uno trinoque Deo patrum authoritates intrepide sequamur.*

*De uno autem uero Deo Tertullianus ait In Lib. de Trinit.*  
*Nos & scimus & legimus & credimus & tenemus, unum esse Deum, qui fecit cœlum pariter & terram, quoniam nec alterum nouimus, aut nosse cum nullus sit aliquando poterimus. Et Cyprianus, Mundi, inquit, unus est rector, qui uniuerso quæcunque sunt uerbo iubet, ratione dispensat uirtute consummat.* De unitate idolorum.

*Detribus uero distinctis ac minime inter se confusis hypostasibus plurima sunt non obscura patrum testimonia. Origenes enim in sextum caput Iesiae. Non sufficit, ait, eis semel clamare sanctus neque bis sed perfectum trinitatis numerum assumunt, ut multitudinem sanctitatis manifestent Dei, que est triplex sanctitatis repetita communitas, sanctitas patris, sanctitas filij & sanctitas spiritus sancti.* Homilia 45

*Et Tertullianus: Tres sunt non statu, sed gra-*

*Q 3 du: nec*

Adnerfus  
Praxeam, dū: nec substantia, sed forma: nec potestate;  
sed specie: Vnius autem substantiae, & unius  
status, & unius potestatis: Quia unus  
est Deus in quo, & gradus isti, & formae,  
& species, in nomine patris & filij & spiri-  
tus sancti deputantur.

Cyprianus autem cum præfatus esset,  
quod & uera de Deo dicere alicuius res pe-  
riculi sit, affirmare tandem non dubitat O-  
rientales Ecclesias omnes credere in Deo  
patre omnipotente, & Christo Iesu filio  
eius unico, & spiritu sancto, unum Deum &  
unum Dominum Apostoli Pauli authori-  
tatem sequatas: Et Deum quidem ratione  
substantiae, patrem uero generationis causa  
dici: Vnumque esse Deum non numero, sed  
uniuersitate, quod non plures nimirum, sed  
ille unus sit, & non aliis uerius Deus.  
Ac sicut lucis unus est splendor, qui a luce  
non sciungitur: ita unius (inquit) de uno nasci-  
tur, & incorporea generatio nec in pluralem  
numerum, nec indiuisionem cadit, dum qui nas-  
citur nequaquam a generante separatur.

Et nec

64

Et nec pater precedit filium, nec filius se-  
quitur patrem, sicuti nos qui adoptione filij  
Dei facti sumus, sed ab æterno generatus as-  
seritur filius de incorporeæ simplici natura  
substantiæ, tandemq; de spiritu sancto ex  
Mariæ virgine natus creditur, ita ut duplex  
filij sit nativitas, hæc quidem dignationis,  
illa vero naturæ. Et quia spiritus sanctus Spiritus sa-  
refertur dominice carnis & templi eius etius crea-  
creator, incipe iam hinc intelligere spiritus tor carnis  
sancti maiestatem. Contestatur enim E= in Christo.  
uangelicus sermo, quod spiritus sanctus ue=

nit super Mariam, & uirtus altissimi o=

bumbrauit eam.  
Vide ergo cooperantem simplicem tri=

nitatem, adest altissimus, adest uirtus altissi=

mi, adest spiritus sanctus, Hæc est

trinitas ubiq; latens, ubiq; apparens, uoca=

bilis personisq; discreta inseparabilis substan=

tia deitatis.

Sed ne Cyprianicum aliquod numen  
cauillentur, sicut Augustinianum nescio  
quem Deum in Ecclesiam fuisse introductum  
Somni-

somniarunt, agendum Hilarium scrutemur,  
quem unum illi ex omni uetusitate dignum iudicant, cuius arbitrio & sententia restanta decidatur. De uno igitur uero Deo quid sentit aut loquitur Hiliarius?

Perfecta (inquit) scientia est, sic Deum  
Hil. Lib. 2: scire, ut licet non ignorabilem, tamen inenarrabilem scias: credendus est, intelligendus est, adorandus est, & his officijs eloquendus.

Lib. 3. Cum audis ego & pater unum sumus, quid disscindis & distrahis filium a patre? Num sunt scilicet, is qui est, nihil habens, quod non sit etiam in eo a quo est: personis rem accommoda, Gignenti & genito professionis sue permitte sententiam. Sint unum, ut sunt, qui genuit, & qui genitus est: cur naturam excludis? cur ueritatem interimis? Non ut corpus per intellie-

Pater & gentiam nostram corpori immittimus, neque ut filius unum aquam uino infundimus, sed eandem in utroque uirtutis similitudinem & deitatis plenitudinem confitemur. Nam patrem in filio, & filium in patre esse plenitudo in utroque diuinitatis perfecta est. Apostolica igitur fides, sive patrem

trem prædicabit, prædicabit Deum unum:  
 siue filium confitebitur, confitebitur Deum u-  
 num. Quia eadem atq; indissimilis natura est  
 in utroq; quod dum & pater Deus, & filius  
 Deus est, & unum est naturæ nomen utrisq;  
 unum utrumq; significat. Disseca naturæ hu-  
 ius, si potes, unitatem & aliquam dissimilitu- Lib 8.  
 dinis infer necessitatem per quam filius non  
 sit in unitate personæ. Est in nobis spiritus  
 Dei, & est in nobis spiritus Christi, & cum  
 spiritus Christi inest, inest spiritus Dei:  
 Ita cum quod est Dei, & Christi est: & cum  
 quod Christi est, & Dei est. Deus igitur  
 est Christus unus cum Deo spiritus.

Sacramentum ergo dicti Dominici Apo-  
 stolus tenens, quod est, Ego & pater unum  
 sumus, dum utrumq; unum profitetur, unum  
 utrumq; significat, non ad solitudinem singula-  
 ris, sed ad unitatem spiritus. Quia unus Do-  
 minus Christus, cum uterq; & Dominus &  
 Deus sit, duos tamen in fide nostra nec deos  
 patitur esse nec dominos. Unus igitur uterq;  
 est, & unus cum sit uterq; non solus est. Et

Vt ergo  
unus.

R perid.

per id quod unus est Deus, & unus est Do-  
minus, in Deo demonstratur Dominus, si-  
cūt Deus demonstratur in Domino, ut in uno  
Deo patre unum significaret & Dominum.  
Hoc Ecclesia intelligit, hoc synagoga non cre-  
dit, hoc philosophia non sapit, unum ex uno,  
& totum à toto, Deum & filium: neq; per na-  
tiuitatem patri ademissé quod totus est, neq;  
hoc ipsum totum non secum nascendo tenuisse.

Lib. 9.

Lib. II.

In Lib. de  
Synod.

Cum qui ex subsistente Deo, secundum di-  
uinæ generationis naturam, Deus subsistit,  
ab eo qui solus uerus Deus est, inseparabilis  
est ueritate naturæ. Quia sacramentum omne  
& baptismi & fidei, ut in uno Domino, ita &  
in uno Deo est, consumationem spei nostræ  
unius Dei professione conclusit, ut & unum  
baptisma, & fides una, sicut unius Domini, ita  
& Dei esset unius. In natura itaq; Dei Deus  
unus est: ita tamen ut & filius Deus sit, quia  
in eo natura non differens sit, & cum deus ex  
deo sit, nō potest nō uterq; deus esse, quorū per  
generis indifferentiā non discernatur essentia:  
Numerus autē nominis in nūcupatione respui-  
tur, quia

66

tur, quia non est in naturae qualitate diuersitas: Non enim alter Deus in genere substantiae, sed unus Deus per indifferentis substantiae essentiam. Nec persona Deus unus Deus unus est, sed natura, quia nihil in se diuersum ac dissimile habent natus & generans: Non est igitur una patris & filij neganda substantia, sed ne irrationaliter praedicada sit una substantia, ex naturae unigenitae proprietate, non sit aut ex portione, aut ex unione aut ex communione. Potest una substantia impiè dici, & pie taceri: Sed quid uerbi calumniam suspiciose temimus, rei intelligentia non dissidentes? Credamus & dicamus esse unam substantiam, sed per naturae proprietatem, non ad significacionem impiæ unionis.

Hic Augustinianum nihil, sed ipsissima Hilarij uerba sunt diuersis e locis collecta, que si cum Augustini aliorumq; patrum sententia nullatenus discrepant, scias illum unanimem fidei consensum tueri, non autem contra coelestis doctrinæ ueritatem cum quamquam conspirare uoluisse. Atq; utinam isti,

R z quem in

quem in ore semper habent, factis etiam Hilari-  
rium imitarentur, profectio nec damnarent  
patres, nec amarent haereticos, nec dum haer-  
esim expellunt, haeresim nutrissent. Inter-  
pretati enim (inquit) patres nostri sunt per  
Synodum Nicenam Homousij proprietatem:  
**In Lib. de**  
**Synod.** Religiosi extant libri: manet conscientia: Si  
quid ad interpretationem addendum est, com-  
muniter consulamus: potest inter nos optimus  
fidei status condi, ut nec ea quae bene sunt con-  
stituta exentur, & quae male sunt intellecta,  
reseccentur.

Sed omisso tandem Hilario, Basiliū quoque consulamus, & qui proxime successerunt incorruptæ orthodoxæ fidei testes, ac quæ ipsorum de uero Deo fuerit doctrina  
attente audiamus.

**In serm. reæ archiepiscopius** scriptum reliquit. Ingens  
cōtra Sa-  
bell. &  
Ariū.  
est improbitas non suscipere dogmata Domini, qui distincte disparat nobis personarum  
diuersitatem. Si enim abiero, inquit, rogabo  
patrem & alium paracletum mittet uobis.

Igitur

Igitur filius quidem est qui rogat, pater autem qui rogatur, paracletus uero qui mittitur. Nonne igitur palam impudens es, cum audis, Ego de filio, & Ille de patre, & Alius de spiritu sancto, & omnia tamen commisces, & omnia confundis, & uni rei omnes appellations attribuis? Nec uero tu ad impietatem rapias personarum diuisionem: Etiam si enim Filius identiter duo sunt numero, tamen non sunt distincti, neque ueritate habet qui duos dicit alienationem inducit. Unus Deus ad patrem. unus quoniam & pater, unus Deus & filius, & non duo. Dij, quoniam identitatem filius habet ad patrem. Non enim aliam in patre considero deitatem, & aliam in filio: neque aliam naturam illam & aliam hanc. Quo igitur inclarescat tibi personarum proprietas, numera seorsim patrem, & seorsim filium: Quo uero non in multitudinem Deorum scindaris, unam confiteres in ambobus essentiam: sic et Sabellius cadit, & qui inaequalitatem docet conteretur.

Cum autem dixero unam essentiam, non duos ex uno diuisos intellige, sed ex principio patris quomodo tris filium subsistentem: non patrem & filium genda.

R 3 ex una

ex una essentia superiori: non enim fratres dicimus, sed patrem & filium confitemur. Essentiae autem identitas est, quoniam ex patre filius non praecepto factus, sed ex natura genitus, non diuisus a patre, sed manente perfecto perfecte relucens. Qui uero genitum

**N**ota alterius essentiae a genitore esse dicit, duos etiam hic Deos dicit, propter essentiae inaequalitatem multitudinem Deorum inducens. Si enim est una deitas ingenita, & una genitura es qui Deorum multitudinem praedicas, contrarias essentias pronuntians, siquidem essentia patris est ingenita natura, essentia uero filij, generatio. At ueritatis doctrina utrinque contrarietates fugit. Nam genitus existens ex patre filius, & naturaliter exprimens in seipso patrem, uelut imago quidem identitatem habet, uelut genitura autem coessentialitatem conseruat. **H**ic enim in illo, & ille in hoc: nam & hic talis est, qualis ille: & ille, qualis hic: Sic uniuertur duo, eo quod non differunt, neque iuxta aliam speciem ac peregrinum characterem filius

filius intelligitur. Rursus igitur dico unus  
et unus, sed natura indivisa, et perfectio  
non defectuosa. Unus igitur Deus, quoni= Cf. 10. 10. Cfr. D.  
am per utrosque una species consideratur, que  
integre in virisque ostenditur. Quae autem  
diximus de filio, quod propriam ipsius per= De spiritu  
sonam confiteri oportet, eadem habemus eti= sancto.  
am ut de spiritu sancto dicamus. Non enim idem est cum patre spiritus, ob id quod scri= sancto.  
ptum est Deus est spiritus: neque rursus  
filij et spiritus una persona est, quoniam  
dictum est. Si quis spiritum Christi non  
habet non est eius, si uerè Christus in uo= bis.  
bit. Sed naturae coniunctio, ac consortium  
binco ostenditur, non personarum confusio.  
Hanc autem coniunctionem declarat et ba= ptismatis traditio, et fidei confessio.  
lienius esset natura, quomodo connumeret  
spiritus? Et si posterioribus tempo= ribus accessisset, quomodo æternæ naturæ  
ribus collocaretur? Qui ergo separant a patre  
et filio spiritum, imperfectum faciunt ba= ptismum, defectuosamque fidei confessionem,  
neque

neq; enim Trinitas manet, si spiritus subtrahitur. Hac tenus Basilius.

Augustinus autem, qui omnium consensu  
doctissimus, & præcipuum Ecclesie Dei

Lib. II. ornementum fuit, de hoc ipso fidei nostræ ar= Cap. 10. de ticulo expressis uerbis ait. Bonum solum sim= Cœnit. Dei. plex est, & ab hoc solum incommutabile: Ab  
hoc bono creata sunt omnia bona, sed non sim= plicia, & ab hoc mutabilia: Creata sane inquam, id est facta, non genita. Quod enim de simpli= ci bono genitum est, pariter simplex est, &  
hoc est, quod illud de quo genitum est, pariter  
simplex est, & hoc est, quod illud, de quo ge= nitum est: quæ duo patrem & filium dicimus,  
& utrumq; hoc cum spiritu sancto est unus  
Deus: qui spiritus patris & filij spiritus san= ctus propria quadam notione huius nominis in  
sacris literis nuncupatur. Alius est autem  
quam pater & filius: sed aliud dixi, non aliud.  
Quia & hoc pariter simplex, pariterq; bo= num est, incommutabile & æternum: Et hæc  
Trinitas unus est Deus: nec ideo non simplex  
quia Trinitas: Neq; enim propter hoc naturæ  
*istame*

istam boni simplicem dicimus, quia pater in  
 ea solus, aut solus filius, aut solus spiritus san-  
 ctus. Non solum enim est ista nominis trinitas  
 sine substantia personarum, sicut Sabelliani  
 hæretici putauerunt, Pater qui genuit simplex  
 est, & filius qui genitus est pariter simplex est  
 & hoc est, de quo genitus est. Sed ideo simplex  
 dicitur, quoniam quod habet, hoc est, exceptio  
 quod relatiuè quæq; persona ad alteram dici-  
 tur. Nam utiq; pater habet filium, nec tamen  
 ipse est filius: & filius habet patrem, nec ta-  
 men ipse est pater. In quo ergo ad seipsum  
 dicitur, non ad alterum, hoc est, quod  
 habet, sicut ad seipsum dicitur uiuens,  
 habendo utiq; uitam, & eadem uita ipsa  
 est. Et consequenter credimus (inquit) & te= Cap. 24.  
 nemus, & fideliter prædicamus, quod pater lib. II. de  
 genererit Verbum, hoc est, Sapientiam, per  
 quam facta sunt omnia, unigenitum filium,  
 unus unum, æternus coæternum, summe bonus  
 æqualiter bonum. Et quod spiritus sanctus  
 simul & patris & filij sit spiritus, & ipse  
 consubstantialis & coæternus ambobus. Atq;

S                hoc

hoc totum & Trinitas sit, propter persona-  
rum proprietatem, & unus Deus propter in-  
separabilem diuinitatem, sicut unus omnipo-  
tentis, propter inseparabilem omnipotentiam:  
Ita tamē ut etiam cū de singulis quæritur unus  
quisq; eorum & Deus & omnipotens esse re-  
spōdeatur: cum uero de omnibus simul, nō tres  
Dij, uel tres omnipotentes sed unus Deus om-  
nipotens: Tanta est ibi in tribus tamq; insepa-  
rabilis unitas, quæ sic se uoluit prædicari. Et  
alibi, Nō potest (ait) operatio esse diuisa, ubi  
non solū æqualis est, uerum etiā indiscreta na-  
tura: ita ut cum tres sint, & eorum singulus  
quisq; Deus sit, tres tamen Dij non sint. Nam  
pater Deus est, & filius Deus est, & spi-  
ritus sanctus Deus est: nec filius idem qui  
pater est, nec idem spiritus sanctus, qui aut  
pater aut filius: sed pater semper pater, & fili-  
us semper filius, & amborum spiritus nun-  
quam cuiquam eorum aut pater aut filius sed  
semper utriusq; spiritus: Vniuersa tamen  
trinitas unus Deus. Qui ergo spiritum  
sanctum a patre & filio æternitate & sub-

In Lib. cc.  
tra orat.  
Ariano.

stantia

70

stantia uel communione separat, qui negat spi=In Orat.  
ritum sanctū non esse patris & filij: plenus est contra V.  
spiritu immundo, uacuus a spiritu sancto. hæreses.

Quid quo<sup>z</sup>o disertius aut luculentius de  
hac materia dici queat? quid receptis & usi=  
tatis in Ecclesia symbolis conuidentius?  
quorum tamen alterum gentiles isti, ut nihil  
dicam grauius, scurrili quadam leuitate Sa=  
thanasianum appellare non uerentur, & mul=  
tipliciter exagitant: quod sacrī nimirum li=  
teris conforme impiæ ipsorum refragetur  
opinioni. Quo loco iterum non possum  
mirari satis ac detestari effrenatam maledi=  
& linguae impudenciam, que in summa Re=  
ligionis controuersia sibi uni uendicare non  
dubitata: quod omnibus alioqui patribus de=  
rogat iudicium, & non derogat modo, uerum  
etiam rectas de Deo sententias, ueluti a Sa=  
tana profectas diabolico plane fastu reiicit:  
cum modestius profecto & de tantis rebus  
loqui, & quos sequi deditgatur, corum ta=  
men famæ existimationiq<sup>z</sup> parcer debebat.

S z Pilatus

Reuerentia  
erat Deum  
etiam inter  
Ethnicos.

Pilatus quamvis ethnicus, & nihil mi-  
nis credens, quam Christum uerè & natura  
Deum esse, ad solam tamen Dei mentionem,  
numinis percussus metu, toto pectore ita co-  
borrescit, ut summa illum & religio & timor  
repente inuadat, ne in homine etiam plusquam  
abieclo & contempto diuinum forte numen  
Ioan. 19. violet. In quo licet prophanus esset & impius,  
si tantum Dei ualuit reuerentia, abominanda  
certe & execranda eorum est improbitas &  
audacia, qui hodie de arcanis diuinæ maiesta-  
tis ac naturæ mysterijs, per lusum & iocum,  
animo plane seculo & oscitante absq; ulla  
metu temere sibi iudicium sumunt, Cumq; ex-  
emplum hoc satis magno sit documento, Reli-  
gionis obseruantiam hominibus a natura insi-  
tam esse, quæ diuinis in rebus non patiatur eos  
tam audacter & inconsiderate quolibet ferri,  
suo aliquando non solum cum periculo uerum  
etiam exitio, quam uenerandum & terribile  
sit Dei nomen, experientur illi, qui tam con-  
temptim & contumeliose hoc tempore sacro  
sanctæ maiestati ciuius illudunt.

Verum

Verum ut finis tandem sit, præteritijs  
qui uiam sibi demonstrari nolunt, certissima  
nos sanctorum patrum sequimur uestigia,  
ipsorumq; ductu in saeris lucis unum solum  
uerum Deum contra omnes ethnicos reueren= ter agnoscimus & profitemur: ita tamen ut  
in una eademq; diuinitate individua & indis= terpta, tres distinctas, non autem dispares  
aut diuersas hypostases seu personas, salua cu= iusq; proprietate incommunicabilit, per om= nia æquali honore atq; gloria, contra omnes  
omnium temporum hereticos aperte atq; pa= lam ueneremur & colamus.

Credimus ergo in unum uerum Deum, Catholica  
immense potentie, sapientie & bontatis, qui Ecclesia fir= ab æterno ipse quidem extiit, & filium imagi= des.  
nem gloriæ & characterem substanciali sue ge= mit, a quorum utroq; processit spiritus san= ctus, non huius ille euangescens, aut diuinus  
alioqui motus, sed utriq; coæternus & confub= stancialis, uerus natura Deus placito tamen  
tempore, non ex materia præexistente, aut  
confuso ethnicorum chao, sed è nihilo cœravit

S 3 & adhuc

¶ adhuc cōseruat cōlum ¶ terram ¶ quic-  
quid ubiq̄ tari uisibilium quam inuisibilium re-  
rum in natura existit, cooperante ac dispo-  
nente omnia, quem ante secula genuerat filio;  
recensq̄ conditam machinam uegetante ac fo-  
uente illo eodem spiritu, qui a patre ac filio  
processerat, quemadmodum se Deus, homini  
ad imaginem suam condito illustribus testimo-  
nijs iam inde ab initio mundi ineffalili miseri-  
cordia in tribus hisce personis patefecit.

Vocamus autem patrem, qui ¶ filium  
ab æterno genuit, ¶ spiritu sancto suo æter-  
nam sibi colligit Ecclesiam, in quo omnes qui  
credunt adoptantur in Dei filios, ¶ Christi  
coheredes.

Credimus ¶ in filium eius unigenitum  
Dominum nostrum Iesum Christum, qui ante  
omnia secula ab æterno patre de incorpore &  
simplici natura substantia genitus non aliquo  
temporis initio creatus aut factus est, ue-  
rus ¶ ipse de Deo uero Deus, ¶ paternæ  
splendor glorie, eiusdem cum patre substanciæ

72

tie, maiestatis, naturæ ac potestatis, qui post  
lapsum primorum parentum nostræ misertus  
salutis, apud æternum patrem pro nobis in=  
tercessit, & tempore a prophetis definito  
sine uirili semine de spiritu mirabiliter modo  
ædificante sibi æterna sapientia domo, con=  
ceptus, ac sine peccato ex Maria intacta &  
uirum nesciente uirgine, arcano & nobis ir=  
reuelato mysterio, assumpta humana natura,  
citra ullam diuinitatis suæ commutationem  
aut alterationem, non in phantastico, sed  
humano prorsus & carneo corpore uerè  
homo natus est: & diuine suæ naturæ ea  
quam assumpserat unione hypostatica seu per=  
sonali ut loquuntur inseparabiliter adiun=  
cta, saluaq; & integra utriusq; naturæ  
proprietate ac Idiomate, sub Pontio Pi=  
lato Iudeæ tunc temporis preside, uerus  
Deus & uerus homo existens passus est,  
carne, requiescente nec uires suas exerente  
uerbo, ut crucifigi scilicet ac mori tan=  
dem posset. Et quamuis anima illius  
corpore mortali emissâ, traditus sepulchro

et jet,

eſſet, diuina tamen potentia ſua, quam ultro po-  
ſuerat tertio die recepit uitam, & mortuus ob-  
peccata noſtra, reſurrexit propter iuſtificati-  
onem noſtram, ſecundum ſcripturas, aſcenditq;  
in coelum, & residens ad dexteram patris  
aequali cum ipſo potestate ac gloria uiuit &  
regnat. Deus benedictus in ſecula: Nobis-  
cum tamen nihilominus diuina ſua preſenti-  
uersatur omni tempore, uſq; ad conſumatio-  
nem mundi, ſub quam iterum uisibili ſpecie uen-  
turus eſt cum gloria, ad uiuos & mortuos diju-  
dicando ſibi eternis pīj premījs, & impīj  
ſupplicijs afficienſt: Inchoatumq; in hac uita  
Christi regnum ſtabilietur in perpetuum, nec  
finis eius ullus erit.

Credimus & in ſpiritum ſanctum coeterum  
& coæſtentialem patri ac filio Deum &  
Dominum, qui ab utroq; procedit, & iam in-  
de ab initio mundi uiuifco calore ſuo fouet  
& uegetat omnia: qui olim loquutus eſt per  
prophetas, & a Christo promiſſus tandem a-  
poſtolis, in corda omnium fidelium aſſidue eti-  
amnum mittitur, ut eternam Christo colligat  
ecclesiam

ecclesiam, eamqe doceat, consoletur, regat. Sanctificet, ac incorrupta Euangeli*j* uoce legitimoqe sacramentorum i*su* credentes regeneret, ad eam quae Christi merito resuscitatos manet uitam æternam: qui etiam hac ipsa de causa cum patre simul & filio adoratur & conglorificatur, non minor aut tertius, sed unus idemqe uerus natura Deus, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Et hec quidem Christiane lector mea est constans & immota de hoc articulo sententia quam cum sciam propheticis & apostolicis scriptis congruere, veterumqe in Ecclesia doctorum iudicio probari, afflictissimo hoc tempore in medium adferre uolui, ne quisquam me aliud sentire uel ipse arbitraretur, uel cæteris praetextu mei nominis imponeret. Quapropter, & solenniter protestor me in semel agnita doctrinæ huius ueritate simpliciter acquirescere, ac sine ullo conscientiae scrupulo detestari omnes & abominari, quicunqe diuersum uel scriptis uel uiua uoce docent, daturumqe operam, ut quantum in me est, eandem fidei purita-

T.

tem

tem per manus & maioribus accepta, fideliter  
custodia, & sublatis erroribus ac corrupti-  
bus quæ sensim obrepunt, inde libatam posteris re-  
linquam.

Egit iam olim a primis Ecclesiæ ut sic dicere  
incunabulis infestissimus humani generis hostis  
diabolus, & iam nunc in hoc totus est, ut longe  
gesanctissimum Religionis nostræ fundamen-  
tum labefactaret, quod primarium fidei nostræ  
caput esse hanc oscitanter animaduerit. Qua-  
re omnem artem conatumq; adhibuit semper,  
ac etiam neruos hoc tempore hac intendit om-  
nes, ut per uarios cuniculos, ab ambitiosis ho-  
munculis fossos, illud ipsum tandem, quo differi-  
mus a Iudeis & Turcis, omnibusq; adeo ido-  
latris, subruat, ac pristinæ nos superstitionum  
& Idolomaniarum uoragini immergat. Ae-  
spiritus sanctus eidem contra opposuit animos  
ab omni ambitione alienos, castos & cædidos,  
ueritatis amantes, pietate in primis, ac deinde  
multa sacrarū lite arū lectione ac meditatione  
instructos, qui armis spiritualibus potentiaq;  
uerbi prediti, consilia illius dissoluerent, ac

44

conatus refringentes, utramq; de hoc pietatis  
christianæ articulo sententiam evidentius  
explicarent, & quod obscurum erat clarius  
illustrarent, illustratumq; ac expressum Ecclesiae  
per manus traderent: Quapropter  
moneo & hortor, ut circumspectius agamus,  
scientes non cum sanguine & carne nobis rem  
esse, uerum cum tenebrarum principibus, ad  
quos deuincendos & soliditate fidei & pre-  
cum constantia opus est.

Eos itaq; qui spinosis & minime tamen  
necessarijs questionib; unanimes Ecclesiae  
satis alio qui afflictæ concordiam exulcerant,  
per Dei primum gloriam, deinde salutem omnium  
& communem hanc patriam obsecro &  
obtestor, ut tandem sibi temperent, deq; Deo & uenerando diuinæ maiestatis myste-  
rio modestius paulo & circumcisius loquan-  
tur: in tanto sublimitatis articulo sacras poti-  
us sequuti literas, & uniuersalem orbis chri-  
stiani consensum, quam turbulentia paucorum ca-  
pium somnia, que dum prophanis specula-  
tionibus extra prescriptos limites uagantur.

T z Eccle-

Ecclesiam omnem & Rempublicam pariter  
pessundant.

Ut enim florente religione floret respublica, & tum demum non felix modo & fortunata, sed firma etiam & uere stabilis est, cum in unius eiusdemque fidei professione, & iustum principis imperium & liberale populi obsequium consistit: ita fieri non potest, quin mutuas dissensionibus turbata Ecclesiæ tranquillitate, grauiissimi & in rep. sequatur motus, id quod tristissima omnium temporum exempla testatur.

Dent igitur hoc illi communi tranquillitatì paciisque publicae, ne suam inani contentionum studio qualemcumque uenentur laudem, sed fraternalia de novo inita & redintegrata concordia solius Dei immortalem querant gloriam, & depositis erroribus saucias multorum sanent conscientias afflictæque vulnera Ecclesiæ curarent: ne quod plerunque fit priuatis in religione dissidijs, & intestinis paucorum odijs, labefactatus Rep. periclitetur status, & inclitus hic Lithuaniae ducatus, maioribus tandem semetipsum motibus corruat.

Cæteros

75

Ceteros autem qui eandem hanc doctrinæ pu-  
ritatem & cupide amplectuntur & constan-  
ter iuentur, hortor & oro, ut sedulam suæ ip-  
sorum salutis curam agant, in omnem partem  
cauti & circumspecti sint, ne ab imminentibus  
undiq; ac inhabitibus sibi lupis tandem præhen-  
dantur, curiosas fugiant & scrupulosas quæsti-  
ones, ac simplicem interim Ecclesiæ sequantur  
fidem, quam ita certam testatur Apostolus ut  
etiam si angelus e cœlo aliud docuerit, anathe-  
masit, itaq; firmam & immotam Christus asse-  
rit, ut ne portæ quidem inferorum præua-  
leant.

Dominus Deus noster illuminet uultum  
suum super nos, & ad ueram sui cognitionem  
omnes deducat: Labores autem hos & conas-  
tus meos qualescumq; prouehat in honorem  
nominis sui, & Ecclesiæ totius Reipublicæ  
q; Christianæ utilitatem & incrementum: In  
quibus tametsi regressus sim humanæ conscienc-  
tiæ pudorem, & humilitatis meæ immemor,  
de tanti & tam reconditis rebus, id quod  
credo scripscrim: Conscius tamen mibi hoc

me Ecclesiae militie meae stipendium debere,  
pro ratione Episcopatus mei, quantum hu-  
mani sermonis consuetudo patitur, & Do-  
minus pro sua gratia clementer indulxit, com-  
munis fidei doctrinam simplicissime exponere  
malui, quam ad tot tantasq[ue] confusiones con-  
tra munus & officium meum diutius conti-  
nescere. Et si quid minus, imo quia minus,  
quam lector expectarat, ac prope nihil dictu-  
est, meminerit queso, non sensum mibi, sed  
uerba defuisse. In quo ut forte naturam me-  
am arguere possem, voluntatem tamen non ar-  
guam, sed ex ipsi quidem ignoscam naturae,  
si quod uult de Deo loqui non potest, cum ad  
salutem, que Dei sunt, uel credere sufficiat.


Rumpantur sane heretici, non rumpes-  
tur Trinitas: que, ut Basilius ait, uene-  
randa est omnibus, in una & semipeterna  
gloria, eandem & unam deitatem ubiq[ue] cir-  
cumferens, infracta, non scissa, indiuisa, om-  
nia replens, omnia continens, in omnibus  
existens, creans, gubernans, sanctificans &  
uiuifi-

uiuficans. cuius diuinus & maxime admi-  
duis nexus non rumpitur iuxta illud quod scri-  
ptum est, Funiculus triplex non rumpetur.  
Gratia Domini nostri Iesu Christi, &  
charitas Dei, & communicatio spiritus  
sancti, cui gloria, honor, & gaudi-  
iarum actio, sit cum omni-  
bus nobis, Amen.



... etiam in libro de C. uerbi et misericordia  
... Thom. Lili. propter iniquitatē non uincere. In  
... iniquitate non possit uincere. Tunc uincit  
... uerbi. Et in libro de misericordia uincit  
... iniquitate. C. de C. uerbi  
... C. de C. uerbi. In libro de misericordia  
... iniquitate. In libro de misericordia  
... iniquitate.

5



# EPISTOLA

## AD REVERENDISSI-

MVM DOMINVM NICOLA-  
VM PACIVM EPISCOPVM KNOVI-  
ENSEM, AB ANDREA VOLANO SCRIPTA,  
explicans controuersiam his temporibus de  
S. Trinitate motam, ostendensq; Patrem Fic-  
lium & spiritum sanctum ut unius eius-  
demq; naturae siue essentiae, sic recte  
unum Deum dici, ad evitandam  
pluralitatem decorum.



## VM TENVITATIS

& inopie meæ, Reverendissime  
Domine, probe nibi sim consci-  
ns, & quam non exinde ea res re-  
quirat ingenium, de qua quid sentiam & audi-  
cem, ut id aperiam Reverendissima Domina-  
tio tua iubet, meam quidem sententiam su-  
spendere tutissimum uideretur, ac totum negoti-  
tium ad eos relegare potissimum, qui & hoc  
profitentur unum, & sepositis omnibus alijs  
curis in hoc incumbunt sedulo ut fideliter ac

V. diligen-

 diligenter simul mysteria Religionis nostra explicent. Nil enim minus conuenit quam homines rerum imperitos, & reconditoris Theologie prorsus ignoros ita de omnibus fidei articulis libere ferre iudicium, ut nec veterum consensus, nec authoritas doctissimorum quorumque virorum qui sunt superstites, eos de sententia deducere possit. Sed quia uel Idiotis illud concedi debet, ut quid in unaquam re uerum aut falso sit merito inquirere possint, dum modo a temeraria assertione dogmatum caucent, & paratores ad discendum sibi semper quam ad docendum, ne mihi quidem uitio uerti debet, si quod iudicium de tantis rebus faciam, aut quis sit potius meus sensus breviibus uerbis aperiatur, meliora docent & certiora omnia ex Verbo Dei demonstrantur cedere paratus semper.

Non rixan  
dum de uo-  
cabulis.

Ac primo quidem de uocabulis Trinitatis, essentiae, personarum de quibus inter partes non eius contentio est, ego nullam mouebo litem, neque enim ex uocabulis res, sed ex rebus uocula sunt nata, & quam primum constituerit de

=nogilin

rc?

78

re, de uerbis nulla restabit pugna, præsertim  
cum ueruissimi scriptores quiqz, & quorum  
opponitur auhoritas doctrinæ sequentium pa-  
trum, adeo ab ijs non abslineant uocabulis ut ijs  
potissimum ad explicandum totius diuinitatis  
mysterium sint usi. Ridiculum autem prorsus  
eſſet, ſi quos in testimonium ueritatis citant, &  
a quibus certam probationem dogmatiſ huius  
perciunt uerba in illis reprehendere uelint, cum nō  
aliter ſenſa animi niſi per uerba explicare illi  
poſſit. Quare obnifſis uocabulis duo potiſſimū  
meo quidem iudicio in hac tota controuerſia Duo in hac  
quaſiuone  
conſideran-  
conſideranda ſunt, primum quenam aut qualis  
diſtinctio inter haſce diuinis tres personas da.  
parem, filium, & ſpirituſ ſanclum ſtatuatur,  
& num utriqz parii eque de ea re conueniat;  
Deinde ſi & realis diſtinctio ab uirisqz conce-  
ditur, & non discrepans utrorumqz ſententia  
oſtenditur, quærendum erit numne talis triū  
eſſeri, ut diſtinctio, ut nullam illorū ſacré lite-  
rie nobis demonſtrat unitatem aut coniunctio-  
nem, aut ſi demonſtrant, quenam aut qualis iſta  
robis credenda ſit unitas uel coniunctio:

V z Ac

I.

Ac distinctionem quidem cum sacræ li-  
De perso- teræ aperte doceant, non temere facere iudi-  
narum di- candi sunt, qui Sabellianismum hodie impugnā-  
stinctione, tes totis uiribus eo incumbunt ut distinctionem  
istam ex diuinis scriptis. & antiquissimorum  
quorumque patrum ostendant. Pernicioſiſima  
Sabellij hæc enim heres Sabellij fuit, filium Dei ac spiritu-  
rus sanctum abolens, & ſolum patrem statuēs,  
qui aliquando nomine patris, aliquando filij,  
aliquando nomine spiritus sancti conſecatur,  
idem tamen pater & ſolus existens. Quare  
placent in primis mihi ſcripta iſtorum, qui di-  
ſtinctionem realem trium personarum diuina-  
rum mordicus tuētur et calamū cōtra Sabelli-  
anos, ſi qui modo hoc noſtro ſunt ſeculo, ſtrin-  
gunt. Sed quia crassi huius erroris accuſatur  
Eccleſia Saxonica ſimil & Heluetica Eccleſia, que  
Saxonica quidem Eccleſiae omnibus papistarum erro-  
& Helue- ribus ualedicentes ſole ſinceram religionem  
tica, Sabel- lianismi ac & purum uerbum Dei amplexæ uidebantur,  
cuſata. diſpiciendum ſedulo eſt, falſo an uere iſtud  
crimen uolineant: Et quia nimis eſſet longum  
ſingulos recere ſcriptores, quos utraq; Eccleſia

79

cllesia hoc nostro seculo satis protulit illustres,  
qui et in eruedo sacrarū literarū genuino sensu  
plurimum defudarunt, & christianam pietatem  
summis ubiqꝫ uiribus promouere conati sunt,  
duos potissimum ex omnibus, & facile primos  
nisi ego fallor deligam, ut cum certa eorum cō-  
stabit sententia, de alijs omnibus simile fiat iu-  
dicium. Producam autem in medium Ioan-  
nem Caluinum & Philippum Melanchtonem,  
illum singularem & summum Thelogum, hunc  
& Theologiæ & artium omnium humana-  
rum singulare decus & columen, qui sicut non  
longo post se intervallo in fata cōcesserunt, ita  
dignissimos perpetua omnium piorum memoria  
se se præstiterunt.

Et Caluinus quidem cum plurimis alijs in Caluini &  
locis scriptorum suorum, perpetuam hanc pa- Heluetico-  
tris & filij & spiritus sancti distinctionem sum senten-  
tia. ostendere conatur, tum potissimum in libro in-  
stitutionis sue symbolum apostolicum explicat  
satis euidenter ac plane sensum suum aperit. Ibi  
enim ex professo hunc tractas locū, & errore  
Sabelij demonstrans inter cetera sic loquitur.

V 3 Veram

Veram certe distinctionem insinuant patris,  
filij & spiritus sancti uocabula, ne quis nuda  
epitheta esse putet, quibus varie designetur  
Deus, sed distinctionem, non diuisionem. Pro-  
prietatem sibi a filio distinctam ostendit pater,  
dum per Zachariam socium uel propinquum  
uocat. Ut enim nulla est creaturis cum Deo  
cognatio, ita socius aut cognatus sibi ipsi non  
diceretur, nisi quadam distinctionis notatione.  
Vicissim filius patrem se distinguit, cum ali-  
um esse dicit, qui testimonium perhibet, Atq[ue]  
buc intendit quod dicitur, Patrem per uerbum  
omnia creasse, quod non potest nisi quadam  
modo ab ipso distinctus. Præterea non descen-  
dit pater in terram, sed is qui a pare exiit: no[n]  
mortuus est nec resurrexit pater, sed qui ab eo  
missus fuerat, neq[ue] ab assumpta carne exordi-  
um habuit h[ab]ec distinctio, sed antea quoq[ue] uni-  
genitum insinu patris fuisse manifestum est. Quis  
enim assertere sustinetum demum patris sinu in-  
gressum filium, quando e coelo descendit ad sus-  
cipiendam humanitatem? Erat ergo ante in-  
sinu patris, & suam apud patrem gloriam ob-  
tinebat.

uebat. Spiritus sancti distinctionem a patre innuit filius cum dicit cum a patre procedere: a seipso autem, quoties alium uocat. Ut cum alium consolatorem abscondendum denunciat, & alibi sepius. Atque hec quidem Calvinæ verba sunt, ex quibus si quis cum Sabellianismū arguat, an non mentiri & pudorem amisisse simul putandus erit? Qui enim patrem alium a filio, nec unquam patrem incarnatum passim mortuum, sed filium afferit, contra quam Sabellius affirmet, imo qui Sabellium ubi pugnat fortissime, quomodo erroris eiusdem conuincetur.

Philippus autem Melanchton in insigni illo locorum communium suorum libello cum proxime sacrarum literarum testimonia, & veterum qui temporibus apostolorum successerunt patrum in hoc recenset, ut istam trium quoque personarum distinctionem contra Sabellium & Draxcam manifestam reddat. Illud in primis discrimen inter haec tres personas ab omnibus obseruari præcipit, ut scilicet

Credamus

credamus, quod pater æternus sit persona, non  
nata, sed quæ genuit ab æterno filium imagi-  
nem sui: Filius vero imago patris, genita ab  
æterno à patre, qui postea certo tempore in u-  
tero Marie assumpit humanam naturam:  
Spiritus autem sanctus, agitator, procedens  
à patre & filio, qui mittitur ad sanctificandas  
mentes, id est nouam lucem, iusticiam, & ui-  
tam Deo placentem & æternam accendendam  
in ijs, qui sunt heredes uitie æternae. Sunt  
itaqz (inquit) tres personæ diuinitatis immen-  
sæ, coætermes, & uno pater Domini nostri  
Iesu Christi: filius qui dicitur & & imago  
æterni patris: & spiritus sanctus, nec  
sunt plures personæ diuinitatis. Et paulo post.  
Pater non assumpit humanam naturam, nec  
spiritus sanctus assumpit humanam naturam,  
sed filius est Christus, id est, promissus re-  
demptor: Quæ quidem Philippi sententia, ad  
statuendam realem trium distinctionem, & cō-  
uincendum errorem Sabellij an quicquam cau-  
tius aut manifestius afferri queat, ego sane nō  
uideo, & omnibus nō præfractis idem uiderē  
puto. Nc

81

Neigitur in posterum præsumant isti has  
sanctas & pias Ecclesias hoc graui & acer-  
bo Sabellianismi crimine onerare, ut non ipsi  
calumniæ poenam omnium bonorum iudicio su-  
stineant. Nam quicquid ab ipsis uel dicitur uel  
scribitur in eum sensum, ut discrimen inter pa-  
trem & filium & spiritum sanctum ostendant,  
& tres re ipsa distinctos esse comprobent, Aduersari-  
orum auto-  
ritates pro  
nobis faci-  
unt.  
adeo non repugnamus, ut ultro omnes pedibus  
in eam sententiam emamus. Imo & doctissimos  
scriptores illos, Iustinum, Irænum, Tertulli-  
anum (nam, hos Augustino, Hieronymo,  
Chrysostomo, & alijs præferre se dicunt,) pro  
nobis facere, quod ad trinitatis & incar-  
nationis pertinet mysterium, confidenter asse-  
rimus: Ut si ijs arbitris & iudicibus rem de-  
finire libeat, lubenter ad eos prouocemus:  
Quamvis sicuti parum cōmodē dixerint quip-  
piam illi, Beatus Renanis acerrimi vir iu-  
dicij temporibus illis imputandum existimat,  
cum nullis ante hac coactis concilijs concors  
sententia totius Ecclesiae iudicio nondum esset  
definita, & ideo facile quispiam unius in erro-

In controversiā labi posset. Hoc enim profecto in Eccl<sup>a</sup>  
uersis Eccl<sup>a</sup> clesia Dei omnibus scandalis & erroribus  
clesia con<sup>e</sup>s<sup>t</sup> sensus quae conuellendis potissimum remedium est, ut con-  
tatur. trouersia quapiam exidente, cōsensus docti-  
simorū quorumq<sup>z</sup> requiratur, nec singulis seor-  
sim docere aut definire quodlibet concedatur.  
Non enim omnibus in Ecclesia sua Dominus  
cōcessit dona, at singulis singula, nec quisq<sup>z</sup> tam  
oculatus est, quin in tāta uarietate rerū omnīū  
auxilio destitutus alicubi impingat, aut saltem  
pedem offendat: Nec uero dissimulant isti, qui  
tot errores tamq<sup>z</sup> pudendos in eisdem scripto-  
ribus recensent, ut si simile de omnibus diuinis  
scriptis corundem esset iudicium, ne inspecti-  
one quidem haberentur digni. Quo magis  
admiror ab istis Augustinum aut Hierony-  
mum uel alios præbis in ordinem cogi, cum  
temporibus illorum & auctior Ecclesia Dei  
& celebrium scriptorum maior copia, faciem  
illis prætulerint ad cætera omnia ex scri-  
pturis sanctis inuestiganda, & omnes hæreses  
ac errores qui paſsim in Ecclesia Dei antea  
etis temporibus uiguerunt penitus extirpados.

Nec uero cōista dico, ut in prioribus quoq; Ob primos  
 dona Dei singularia cōtemnant aut despici. it, Ecclesiæ de  
 quæ plurimum ueneror: sed ne admiratione il- ctores non  
 lorum in ætate sequenti & scriptoribus tam endi sunt et  
 illustribus dona dei uel maiora uel certe paria  
 negligantur. Idem enim Deus qui in Ecclæ- recētores.  
 sia suscitauit Irenæum aut Tertullianum, &  
 Augustinum quoq; aut Chrysostomum consti-  
 tuit in hac uincâ: nec refert quem prius aut po-  
 sterius uocauerit, dum modo fideliter unus-  
 quisq; munis suum obiuierit.

Verum ut coredeam unde digressus sum,  
 nos quidem omniū recentiorum istorū scripta,  
 quibus tres distinctas personas diuinâ ostēde-  
 re nituntur, & in confirmationem sententiæ sue  
 antiquissimos quoq; scriptores allegant, adeo  
 nibil offendunt, ut omnes quicunq; uerum fili-  
 um Dei patris Iesum Christum agnoscimus  
 non iniuiti sententiae huic subscribamus.

Velim tamen ut scripta Iustini, quæ colloqui-  
 um cum Triphone Iudeo continent, ab ijs qui  
 acutiore sunt iuditio, penitus introspiciatur, Iustinus  
 ne nimiam distinctionem, uel potius diuisionem

X z quandam miā distinc-  
 tionem statuit.

quandam inter patrem & filium ille statuat  
quamvis memorem suam, ut suo dicetur loco, post=  
bac aperiat, & qualis uicissim inter eos unitas  
credenda sit explicit. Loquitur enim ille ali=  
um esse illum Deum creatorem cœli & terræ,  
& qui sit supremus omnium Deus: alium il= 10  
lum nempe supremi illius filium, qui cum Mo= 11  
ise colloquutus, & in rubro ab eo uisus, passim  
deum Abraham, deum Iacob, deum  
Aaron & Moysis & Dominum exerciu= 12  
um esse testatur: Nam patrem creatorem coe= 13  
li & terre a' nemine unquam in ullo loco uisum,  
ut pote quem nullus locus quantumuis immensus  
14  
Iustinus ab capere queat, cum nullo etiam unquam colla= 15  
solvit dicta quatuor assertio, & in quo nec cum istis quidem  
de Christo modernis fortassis consentit, semper Christum  
intelligit. In his locis intelligi a Moysi, cum scilicet lo= 16  
quitur, Descendit Deus ad Abraham, aut,  
loquitus est Dominus ad Moysen: aut, des= 17  
cendit Dominus ut uideret turrim quam ædi= 18  
ficiauerunt filii hominum: Et, Occlusit Deus  
arcam Noë desuper: nam moderni isti longe  
aliter sentientes, nomen Dei ubiunque inscri= 19  
pturis

88

pturis occurrat absolute possum, semper par-  
trem denotare, & non Christum filium Dei  
audacter affirmant. Illud porro Iustini oblitus esse videtur,  
quod nimirum Deus hic creator celi & ter-  
ræ in exiguo admodum loci spatio in paradiso Iustinus  
videlicet constituerit: ibi præcū primos parentes Deum pa-  
nostros considerit, & cum illic colloquutus trem & fi-  
sit contra quam sentiat ille. Nam ut conce- lium par-  
damus in ijs & similibus ab eo citatis locis  
semper intelligi Christum, ita ille omnia egit,  
itaq; se conspicuum & visibilem hominibus  
præstuit, ut patrem semper præsentem in om-  
nibus operibus ut poterit individuum a se & in-  
separatum habuerit, id quod postea suo dicetur  
loco. Quare quantum auctoritati Iustini hu-  
ius tribuendum sit, & num solo uetus statis no-  
mine tantum apud nos obtinere debeat, ut re-  
pudiatis omnibus alijs, eius potissimum sequar-  
mur sententiam, aliorum esto iudicium.

Nunc secundum illud quod initio sum præ-  
fatus diligenter perpendendum & conside- II. Capitu-  
randum est. Cum enim nullam dissensionem

De trium inter partes de statuenda distinctione reali  
unitate seu personarum esse constet, que tandem de unita-  
tione. coniunctione trium utriusque partis sen-  
tientia sit, querendum erit. Nam quia patrem

Deum, & filium Deum, & spiritum sanctum  
Deum, & deum unumquemque eorum (ut Ter-  
tullianus loquitur) firmiter esse credimus qui  
fiat, quod tres Deos non recognoscamus.  
Atqui hec quidem est, que plurimos sem-  
per homines tenuit suspensos perplexitas,  
& quae nimium curiosis occasionem dedit,  
ut in æternum sese dederint præcipites exi-  
tium.

Arius. Arius enim ne duos uideretur concede-  
re Deos si in societatem naturæ & substantie  
paternæ admitteret Christum, ideo à patre  
confinxit esse creatum, ut soli patri unius

Sabellius. & ueri Dei uindicaret titulum. Sabellius  
autem ut eundem patrem solum quoque & u-  
num statueret esse Deum, non alium à patre  
filium, non alium spiritum sanctum, sed unum  
& eundem tribus uocatum nominibus, absque  
ulla distinctione personarum uocatum creditit

esse

esse patrem: Ita unus quidem, dum nimiam  
diuisiōnē sive potius distractiōnē trīum  
constituit personarū, filium Dei in ordi-  
nē redigit creaturarū: Alius autem dum  
nimis confundit & nullam distinctionē ad-  
mittit, prorsus filium Dei & spiritū san-  
ctūm abolet.

Cauenda itaq; istorum periculo curio-  
sitas est, & quia tam in dextram quam in sini-  
stram non sine graui pernitie deflecti potest, Curiositas  
medium iter, & nisi fallor ab antiquissimis  
scriptoribus optimē tritum diligendum est,  
qui tam Arium quam Sabellium confutau-  
runt, & quid in unoquoq; falsi fuerit notis cuti-  
dientibus demonstrarunt: nec tantum Iustino  
& Ireneo deferendum est, qui extra omnem  
aleam pugna constituti fuerunt, quantum ijs  
qui consertis manib; cum ista hæreticorum  
colluic acerrime depugnarunt.

Verum ut que tandem propior vero sit  
sententia cognoscamus, ad prepositam illam de  
tribus questionē, quomodo non tres constitu-  
āt deos, quid respōdeat moderni, audire iuuat.

Isti

An Iohus: *Isti autem expeditam responsionem se habere  
pater sit ue putant, & qua tanquam cuncto nodum abrum=*  
*rus Deus ratione ori pant, dum italoquuntur: Respectu (inquit)*  
*ginis filij originis seu principij, quod a patre scilicet fi=*  
*ac spiritus sancti. & spiritus sanctus habet solum hoc obti=*  
*nere patrem, ut illi soli unius & ueri Dei no=*  
*mē competat, solusq; ille sit unus ac uerus De=*  
*us, ut pote qui sit omnis initij ac originis ex=*  
*pers. Atqui si eam ob causam solus pater*  
*unius & uerius est Deus, quia sit ingenitus:*  
*vide ne filium Dei ideo neges uerum Deum*  
*quia sit genitus: Verum hoc non modo dicere,*  
*sed cogitare etiam execrandum est: Neq; tu*  
*hoc forsitan dicas, & mecum ultra Christum fe=*  
*lium Dei Deum uerum agnoscas. Si uero non*  
*est uerus cu diffiteris esse uerum, quero hoc rursum cur*  
*patre Deus non itidem concedas esse unum. Sic enim*  
*tum & uerius idemq; solis pater unus & uerus Deus; ut tutoque*  
*ut sit opor= ris: aut si Christus, te id quoq; concedente, u=*  
*ter. rius Deus est, unum ut quoq; concedas esse*  
*oportet. Non minus enim ratione originis*  
*hoc tribuisti patri, ut iam sit uerius quam unus.*  
*Quod si filio Dei non officit genitum esse ex*  
*patre,*

patre, ut uerus sit Deus, nullam uideo causa  
 cur obesse debeat ne sit quoq; unus. Et sane non  
 aliter uerus Deus est, nisi quia unius: Nul-  
 lam multitudinem aut pluralitatem deorum ad-  
 mittens, quam quidem D. Paulus ideo reiicit  
 & repudiat, quia unum tantum uerum Deum  
 prædicat, non patrem solum, sed filium simul  
 & spiritum sanctum. Neq; enim pater unus  
 & uerus existens Deus filio adimit, ne ille  
 quoq; sit uerus & unus Deus similiter & spi-  
 ritus sanctus: Sic nec patri detrahit hoc filius  
 ut pote in quem perinde credi ac inse uult,  
 ab omnibus uitam æternam habere cupienti-  
 bus. Ex quibus omnibus colligere promptū  
 est, perperam hunc titulū unici et ueri Dei ad  
 solum restringi patrem quandoquidem tam ue-  
 rus Deus sit filius, tam uerus Deus spiritus  
 sanctus, quam uerus Deus pater.

Certior autem ex scripturis sacris & <sup>Quomodo</sup>  
 firmior petenda est ratio, que & unum ostendat <sup>scriptura</sup> de tribus et  
 nobis Deum, & communem tribus hono= uno loqua-  
 rem ac gloriam non eripiat. Hanc autem dum soleat.  
 inquirimus, non aliam inuestigare possumus,  
 Y nisi quia

nisi quia filius ita se firmo ostendit ubique suo  
patri una cum spiritu coherere nexu, ut nun=   
quam prorsus separabilem aut diuisum se ab  
eo ostendat. Nam quicquid unquam aut  
egit, aut dixit pater exerens gloriam &  
potentiam suam, se semper socium filius to=   
tius potentiae & glorie paternae, partici=   
pemque facit: quaecunque omnipotentis naturae  
Dei sunt propria, ut creare, exaudire, iuuare,  
ubique adesse, uitam eternam credenti=   
bus donare, ea omnia Christus cum patre fa=   
cit sibi communia. Iam quid illa coniunctio=   
ne aut maius, aut arctius, aut copulatius non  
modo dici, sed cogitari etiam potest, quam  
dum una cum suo patre se ad hominem fide=   
lumenturum, & mansionem apud eum factu=   
rum denunciat? Et tamen aliquando solus  
in cordibus fidelium habitare diciuntur Chri=   
stus, aliquando etiam spiritus sanctus, ali=   
quando & pater solus, cum nunquam sint soli,  
sed una ac simul semper.

Quae tam firma unitas & coniunctio  
facit, ut quamvis sint tres, non trium tamen  
deorum

deorum, sed unius uiuentis Dei templum. Homo non  
habitaculum dicantur homines. Præstat hæc eadem unitas, ut filius dicatur imago patris templum.  
Et in filio pater inuisibilis alioqui, totus quantus est conspiciatur. Nec dissimili ratio-  
ne eius est Sapientia, fulgor et splendor glo-  
riæ eius, nisi quod totam patris naturam ac di-  
uinitatem in se manentis exhibet.

Sed quis recenseret singula tantæ coniunc-  
tionis inter patrem et filium et spiritum sanctum exempla, quæ facit hoc, ut quamvis tres re ipsa distinctos ostendat, tamen propter indiuisam et inseparabilem unitatem non tres deos sed unum constituat, non unum tantum Deum patrem solum, sed filium simul eius et spiritum sanctum.

Nec est quod miretur quispiam, et pro Vnitas pa-  
absurdo id ita dici reputet, cum tantæ coniun= tris et filij  
ctionis arcanum omnem rationis humanæ omnem ra-  
sensum excedat et nullum prorsus aliud si= tionis sensu  
mile tantæ coniunctionis exemplum ostendi  
queat. Imo si coniunctioni fidelium omnium  
quam habent in Christo id Paulus tribuit, ut

Y z dicantur

**Omnis u.** dicantur omnes unus esse in Christo Iesu, ec-  
cūs in chri-  
sto Iesu. quis prohibere poterit, ne pater & filius &  
**Gal. 3.** spiritus sanctus, ob maiorem certe & arcti-  
orem copulationem quam quæ inter membra  
Christi est, à nobis dicantur unus.

Neq; uero pertimescendum nobis temere  
est ob hanc uoculam erroris Sabelliani peri-  
**Vnius ap-** culum: cum non uocabulum recte intellectum,  
**pellatione** sed prava sententia errorem pariat, & in Sa-  
**nō opus est** bellianismum incurrat. Non minus enim ob  
**personas** confundi. uoculam hanc unum (qua Christus nimirum se  
cum patre unum testatur esse) Sabelliani aucu-  
pabantur erroris sui patrocinium, quam si  
hæc uox unus dicta fuisset: Cum moderni tamè  
scriptores isti magnum discrimen inierunus  
& unum statuant, & tres unum non unus dici  
fustineant. Tertullianus enim contra Praxe-  
am scribens sermonem hunc Christi, quo se u-  
num cum patre dicit esse ita arrepium fuisse tes-  
tatur ab hereticis, ut ex eo singularitatem tri-

**Vnum ad um nullam** admittentes distinctionem compro-  
singularita- bare uellent: Cum econtra Tertullianus eos-  
tem Sabel- lius rapuit, dem confutans, non singularitatem personæ  
per hoc

per hoc uocabulum, sed unitatem, similitudinem, coniunctionem, dilectionem patris, qui filium diligit, & obsequium filij qui uoluntatem patris obsequitur, denotari significet.

Et cum in eandem sententiam nos quoque hoc uocabulum unus usurpemus, in qua Tertullianus accipit unum, nullam sane uidemus causam, cur recte & genuina sententia inuidiam nobis conflare debeat, aut crimen heresios impingere merito possit. Nam unitas (ut idem loquitur Tertullianus) irrationaliter collecta modo in heresin facit, & Trinitas rationaliter expensa ueritatem constituit. Irrationaliter autem colligebatur a Praxeia, qui (teste Tertulliano) unum Deum non alias putabat credendum, quam si ipsum eundemque patrem & filium & spiritum sanctum diceret. At nos econtra ita cum Tertulliano credimus esse unum, ut unum esse omnia, dum ex uno sint omnia, recte assertamus, per substantię scilicet unitatem. & nihilominus custodiamus Oeconomiae sacramentum, que unitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens, patrem, filium, & spiritum sanctum.

Y 3 clun:

'etum: Tres autem non statu sed gradu, nec substantia, sed forma: nec potestate, sed specie: Unius autem substantiae, & unius status, & unius potestatis, quia unus Deus ex quo gradus isti & forme & species in nomine patris & filii et spiritus sancti deputatur: qui quidem numerum patiuntur, sed sine divisione.

Atque hæc quidem uerba Tertulliani cum sint, cuius sententia nos quoque libenter subscribimus, ecquis ambigat uetusissimam nos in Ecclesia Dei de Trinitate tueri sententiam, & nihil cum hisce hereticis, quos oppugnat Tertullianus habere commune? nisi forsitan Tertullianus pro prævaricatore, quod absit, reputari debeat, qui quos oppugnare se simulet, eorum tucatur doctrinam. Sed clarius uiri p[ro]ij & de Ecclesia Dei bene meriti sententia est, quam ut Tertullianus latino, quisquam dubitationis alicuius materiam incertum uetus haurire possit. Quem ideo nos libenter in hac cunctissimum tamus causa, ut cum & uetusissimus sit omnium in Ecclesia latinorum scriptorum, & primus, nisi ego fallor, Præcanismi qui idem cum Sabellianismo est, oppugnator extiterit,

nobis

nobis rectæ sententiae, & nihil à sua discre-  
pantibus evidens testimonium afferat. Qui  
vero hunc pro se uetus statis nomine allegant,  
ut sequentium omnium scriptorum uel in Ec-  
clesia Dei præcipuorum conuellant auctoritatem,  
ex scriptis eius faciant iudicium quan-  
tum eorum adiuuet cauſam, aut quantum ab his  
omnibus quos tota sequens celebrat etas in  
hac omni de Trinitate doctrina discrepet.

Nam cum in toto illo aduersus Praxeam li- Summa do-  
bro illud potissimum ex certissimis quicunque  
scripturæ testimonij ostendere nitatur alium  
semper patrem alium filium, alium spiritum  
sanctum, tres uidelicet uere ac realiter inter  
se distinctos esse, neq; unam eandemq; perso-  
nam constituere: tum neq; hoc reticet ac sub-  
inde inculcat, ita nimirum alium esse pa-  
trem à filio, & alium à patre, sic & spiri-  
tum sanctum alium ab utrisq;, ut aliis sit  
semper nomine personæ non substantiæ, ali-  
us quo ad distinctionem, non ad diuisio-  
nem: Atq; ita una sit substantia, in tri-  
bus coherentibus. In fine autem huius libri  
confisi-

confessionem fidei nostræ exprimens, eamq; &  
fide Iudaica discernens sic loquitur: Cæterū  
Iudaicæ fidei ista res, sic unum Deum crede=  
re ut filium ei adnumerare nolis, & post filium  
spiritum sanctum. Quid enim erit (inquit) in=  
ternos & illos nisi differentia ista: quod opus  
Euangelij, quæ est substantia noui testamenti  
statuens legem & prophetas usq; ad Ioannem,  
si non exinde pater & filius & spiritus tres  
crediti unum Deum sistunt? Qua quidem  
Tertulliani sententia an quicquam clari=  
us ad unam eandemq; in tribus personis di=  
uinitatem afferendam afferri queat, ego sane  
non nideo, ac uellem maxime ut uel hunc unum  
arbitrum ad decidendam huius causæ contro=  
uersiam utraq; pars deligeret. Neq; enim ali=  
um ego in pectore christiano unquam reputo  
fuisse sensum, nisi ita semper æternum adora=  
tum & inuocatum esse patrem, ut pia mens nne=  
quam segregaret a patre filium & spiritum  
sanctum, ac in uno eorum quoq; semper tres co=  
leret & adoraret. Quocirca placet mihi in  
primis pia illa & elegans Nazianzeni sententia:

Nazian=  
zenus.

Non

Non possum (inquit) unum cogitare, quin tri-  
um fulgore circumfundar: non possum tria di-  
uidere, quin subito ad unum referar. Et sane  
Turcica aut Iudaica ista fides est unum ado-  
rare Deum, ut non simul in eo contempleris  
filium ac spiritum sanctum: aut uelle aliquid  
operari credere patrem, quin simul uelit  
operetur filius ac spiritus sanctus.

Faceant ergo curiose omnes quaestio-  
nes, nobis autem sufficiat sic credere in pa-  
trem, secundum scripturas, iu filium & in spi-  
ritum sanctum: sic tres adorare & inuocare,  
ac unumquemque eorum, ut eos nunquam a se in-  
uicem separeremus aut disiungamus. Nam quod  
ad Christum existentem in terris uox de caelo  
patris facta est, hoc non ullius separationis,  
sed diuinæ dispositionis ratione factum esse, Dispositio  
una cum Tertulliano dicimus: cum sciamus <sup>diuina.</sup>

Deum etiam intra abyssos esse, & ubique con-  
sistere ut ac potestate, ita & filium ut indiuis-  
tuum cum ipso ubique. Sed ita dispositio diuina  
patris postulabat, Filium in terris haberi, se-  
uero in caelis: Quia pater minorauit filium

Z modico

modico citra angelos ad terram demittendo:  
gloria tamen & honore coronaturus illum in  
caelos resumendo. Quæ & iam præla-  
bat illi dicens, & Glorificaui & glori-  
ficiabo.

& uisibilis b*in* Quod uero Tertullianus idem ad statuen-  
Deus apud Tertullia- dam personalem distinctionem patris & filij  
numquomo ut duos esse ostendat, patrem inuisibilem filium  
do accipien uero uisibilem scripturarum autoritate ap-  
probat, eundemq; ut semper uisum, ita cum ho-  
minibus conuersatum, non patrem, non ita sen-  
tire putandis, ut patrem a filio excludat, aut  
absentem aliquando fuisse asserat, Nam postea  
filium semper cum patre fuisse, ut pote indui-  
dum cum ipso affirmat. Et quicquid filius ope-  
ratus est, id semper ex autoritate patris &  
e*n* in uoluntate operatum esse, quia filius nihil a se  
metipso potest facere, nisi uiderit patrem fa-  
cientem, in sensu scilicet sentientem. Pater  
enim (inquit) sensu agit, filius uero qui est in  
patris sensu uidens perficit. Quare & in  
creatione mundi ubi sese diuina maiestas &  
potentia excruuit clarum & eidens præsentie  
caibom tri trium

trium semel personarum scriptura sacra testis Creatio ha-  
 moniū nobis proponit. Dominus enim & deus minis testis  
 omnipotens in homine creando consultationem monium  
 adhibens, quin simul cum filio ac spiritu sancto Trinitatis.  
 suo deliberet nemini dubium esse debet. Nam  
 secum deliberans & consultans pluralem nu-  
 merum usurpat dicens, Faciamus hominem in  
 imagine nostra ad similitudinem nostram: Et  
 ne ullus dubitationi relinquatur locus quin  
 communicatio consilij inter tres tum fuerit, to-  
 tiusq[ue] mundi creatio trium simul opus extice-  
 rit spiritus sanctus in scripturis clarum nobis  
 reddit testimonium. Nam Euangeliſta omnia  
 a Deo per filium aſſerit esse creata, & ſine ip-  
 ſo factum eſenibil. Diuinus autem uates Vir-  
 tutem spiritus sancti in ſuſtinenda tota hac mo-  
 le creata commendans, & quod potentia ac ui-  
 gore eius ſtabilis conſtat, euidenter demon-  
 ſtrans loquitur Emitte Spiritum tuum &  
 creabuntur, & renouabis faciem ter-  
 rae.

Quare quod Iuſtinus ac Tertullianus  
 ratione Visibilitatis, qua filium a patre  
 Z z inuisibili

inuisibili discernit, hoc in solam Christi persona competere dicat, ut nimis Christus ille, non Deus pater fuerit, qui cum Adamo in paradyso colloquitus, cum Iacobo luctatus sit, Moysi de ardenti rubro apparuerit, facile id quidem concedimus, dum patrem simul cum eo exitisse ut nunquam ab eo separatum, firmiter credamus. Nam cum filius apostolo teste sit fulgor & expressa imago substantiae paternae, patrem etiam quanvis inuisibilem secundum quendam modum uideri in filio uisibili recte dicimus. Nec uero opinionem nostram hic sequimur, sed ipsi filio Dei id assuerami creditus, qui Philippo ut patrem illis indicaret ro-

**Quomodo** patrem in ganti, respondit: Qui me Philippe uidet uidet filio agnoscere debu-

erit.

Ac Philippus quidem Filium Dei inuisibilem, ut pote carne induitum oculus conspicatus est: sed si oculus fidei uerum Deum a Deo patre missum agnoscere, simul etiam eisdem oculis fidei uerum Deum patrem in filio poterat contemplari. Est enim & filius Dei, ut loquitur Tertullianus, ex substantie sue conditione, in quantum Deus & sermo & spiritus.

Spiritus Dei inuisibilis: & secundum diuini= 91  
 tatis sue modum non aliter etiam nisi fide quem=  
 admodum & pater uideri potest. Hoc dum  
 non reputaret Philippus, ac cum Christum  
 nondum ut Deum agnoscet, non sane etiam  
 uidit Deum, qui in hoc mortali corpore non  
 nisi fide uideri potest, ac propriea audit  
 Christum sibi dicentem. Tanto tempore uo= 92  
 biscum sum, & non cognouisti me. Ex quibus  
 quidem uerbis abunde liquet, & Christum qua= 93  
 tenus Deum sola fide agnosci, & ita uisibilem  
 in carne & ante carnem fuisse, ut secundum ho= Christus  
 minum capacitatem, non secundum plenitudi= in carne se  
 nem diuinitatis conspicetur: Semper tamen cūdum ho  
 quomodo cuncti uisus ab hominibus patri suo co= mīnum ca  
 bereret, ac quouis in loco una cum patre exi= pacitatē nō  
 steret, Id quod & ipse apud Ioannem Cap. 8. secundum  
 confirmat hisce uerbis. Qui misit me (inquit) Diuinitatis  
 mecum est: non reliquit me solum pater. plenitudinē  
 uisus.

Moyses autem dum populo Iudaico cre= Moyses ad  
 bro inculcat bonitatem & potentiam Dei: qua unius Dei  
 ille uisus est in liberando hoc populo & ex gratia cultū reuo= 94  
 ui iugo servitutis cruento, diligenter ac sedulo cat populi,  
 Z 3 admonet, gypso fuit, qui dux ita  
 neri ex ea

admonet, ne ab hoc Deo ad alienos deos &  
creaturas se se auertat, cuius tanta beneficia  
in se presenserit, & uocem eius ad se dicentis  
de medio ignis audiuerit. Hunc autem De-  
um ducem itineris eorum ex AEGypto fuisse  
asserit, huncque solum uerum deum esse, & pre-  
ter quem non est alius. Porro cum sacrae scrip-  
ture testantur hunc ducem & libtorem po-  
puli Iudaici fuisse Christum, quis non inde cui-  
denterime perspiciat, ita tum Christum cum  
Iudeis conuersatum ac colloquutum fuisse, sicque  
uisibilem pro captu hominū se præstissimæ, ut si-  
mul in persona sua inuisibilem representaret  
patrem, quemutiique semper socium ac a se indiu-  
dum habuerit.

Neque onim Moyses unicum hunc populo  
Israelicō proponens liberatorem, qui tum in  
deserto se uarijs signis & prodigijs patefec-  
cit, cum ab unico conditore & creatore re-  
rum omnium auertere ad quemuis alium Deum  
uoluuisse putandus est. Quapropter quod  
ante sum præfatus, idem & nunc repeto.  
Nunquam Christum uerum Dei filium aut  
ab

92

ab hominibus uisum, aut aliquid unquam Christus nisi  
operatum fuisse, tam in carne, in ante carnem assumptam, quin simul et co-  
pater et uisus, et omnia sit opera-  
tus.

Non assentior igitur Iustino, quemadmodum  
ante dixi, nunquam patrem Deum cum hominibus  
colloquutum fuisse, nunquam in terris nisi filium  
exitisse contendit. Quasi uero aut  
filius a patre suo sit separatus, aut pater ma-  
iestate potentia et Virtute sua saltem cœlum  
non etiam terram et omnia impletat, qui to-  
tum orbem manu apprehendit uelut nidum, Deus ex-  
cui Cœlum thronus, et terra scabellum, in tremula linea-  
quo omnis locus, non ipse in loco, qui ut Ter- a universi-  
tullianus loquitur Universitatis extrema li-  
nea est.

Quamuis et Iustinus non procul a fine  
libelli huiusc sui, in quo cum Triphonè collo-  
quitur Iudeo, dum ex scripturis compro-  
basset alium semper numero a patre exitiis-  
se filium, ut pote a patre uere genitum,

cam

eam uicissim unitatem ac coniunctionem patre. Filius uoluntate tris cum filio affirmat esse, ut genitum filium a patre ac potestate potentia eius, non tanquam fragmentum aut partem ex essentia paterna respectam doceat. Eam siquidem conditionem omnium aliarum partium diuisarum afferit esse, ut aliae iam incipient esse, quam fuerunt ante divisionem, id quod in hanc filij Dei generationem ex patre conuenit minime.

Ex quibus quidem uerbis quid colligam aliud, nisi quod filius cum patre unius et indic

Pater et uise sit essentie, uel ut uerbis Tertulliani loci filius duo quar, quod pater et filius duo sint sed indivisi. Sed indivisi, dum et inseparabiles: quod si inseparabiles et separabiles individui, ergo filio uiso et cum hominibus colloquio, uisus etiam simul pater, et colloquiatus merito credendus est.

*Aut* igitur prior Iustini sententia in hoc sensum accipienda est, ut quia filius conspicuum hominibus se reddiderit, non pater, ideo solum filium uisibilem in terris afferat, dum tamen ab essentia filij patrem non excludat et suo quodam modo uisibilem in filio agnoscat:

*Aue*

*Aut si aliter sentit, ipse priorem sententiam suam hac posteriore oppugnare non immerito uideri posset.*

Sed ne longius in re certa & manifesta immorer, quam omnibus pijs & non contentiosis probatum iri confido, scribendi finem faciam, dum paucis etiam confessionem nostram de incarnatione saluatoris nostri attingam, de De Christi qua non minor etiam a modernis mota est conincarnation trouersia, Veterem & usitatam in Ecclesia <sup>ne.</sup> Dei sententiam reprobantibus, & nouam quandam statuentibus. Veteres enim omnes <sup>Veterum</sup> sententia, & temporibus usq; Apostolorum ad h;ec usq; tempora in Ecclesia scriptores, ita sermonem & sapientiam uerumq; Dei filium carnem humanam assumpisse, & factum hominem testantur, ut uerus Deus & homo unam eandemq; constituant personam, non confusis tamen in unicem naturis aut permutatis, sed saluis & integris utriusq; naturae proprietatibus: Sed firmam Dei & hominis in unam personam cojunctionem istud efficere, ut proprietates sua binde in unicem permutentur, ac quod solius ho-

minis est, id recte Deo tribuatur. Quod uero  
Dei solius proprium recte id quoque homini ad-  
scribatur. Iste autem nullam talem proprietatum  
Neotheri distinctione admittere uolant, sed quod competit  
corum opere in hominem, id quoque uere ac proprie in Deum  
nicio. competere affirmant, nullamque peculiarem  
Dei & hominis aliquando actionem, sed unam  
eandemque simul utriusque semper docent.  
Est quidem ea res magni momenti  
inquisitione digna, ut quae plurimis hereticis  
Communis errandi occasionem dedit, non recte nec sea-  
catione Idem omatum cundum scripturarum sensum intellecta  
sublata, erandi praebetur occa- sanctis recte fuit discussa, & sequentium om-  
sio. Sed quia doctrina hæc & olim a patribus  
randi præbetur occa- sanctis recte fuit discussa, & sequentium om-  
nium orthodoxorum scriptorum nostrisq; se-  
culi unanimis eam consensus comprobavit, idco-  
muni longiore demonstratione, quid in utramque  
partem uere ac secus dicti possit supersedebo.  
Adducam autem in medium, unicum scripto-  
rem Tertullianum, ut quia & uetusissimus  
sit, & ab istis etiam in patrocinium sue causæ  
ut plurimum aduocetur, documentum omnibus  
exhibeat, Hancenouam an illam antiquâ sen-  
tentiam

94

tentiam sequi potius conueniat, & utri uerbum  
Domini magis suffragetur. Sunt autem haec  
Tertulliani in eodem contra Praxeam libro  
uerba: Inuenimus filium Dei & filium homi-  
nis, cum Deum & hominem, sine dubio secun-  
dum utramque substantiam in sua proprietate di-  
stante, quia neque sermo aliud quam deus, neque ca-  
ro aliud quam homo. Sic et apostolus de utraque  
eius substantia docet, qui factus est (inquit) ex  
semine David, hic erit homo & filius hominis,  
qui definitus est filius Dei secundum spiritum:  
Hic erit Deus & sermo Dei filius: Vide-  
mus duplē statū non confusum sed coniunctū  
in una persona Deum & hominem Iesum.

De Christo autem differo, & adeo sal-  
ua est utriusque proprietas substantiae, ut &  
spiritus res suas egerit in illo, id est, uirtutes  
& opera & signa & caro passiones suas fun-  
cta sit, esuriens sub diabolo, sitiens sub Sama-  
ritide, flens Lazarum, anxia usque ad mortem,  
denique & mortua est.

Hæc quidem Tertulliani uerba & que  
sequuntur in eum sensum tum omnes quicunque

unquam extiterunt orthodoxi scriptores huic  
sententiae adstipulantes, satis testantur & per-  
petuam hanc in Ecclesia Dei de incarnatione  
Christi fuisse doctrinam, & qui contrariam  
huic cedunt, nihil moliri aliud, nisi ut ueteres  
de confusione naturarum excitent hereses.

Nos autem cum Tertulliano contra omnes  
hereses illud praeiudicium seruantes, id nimi-  
rum esse uerum, quodcunq; primum, id esse  
adulterum, quodcunq; posterius, ne uento simi-  
lia geramus ingenia, ut undecunq; quæuis aura  
afflauerit, eonos ferri precipites patiamur.

Restat postremum illud, quod in hac causa  
De spiritu sancti processione. queri solet, an spiritus sanctus a solo patre  
procedat, an uero ab utroq; quod demum ab  
his hoc tempore negari ceptum est. Scio  
quidem & Græcos in ea fuisse sententia ut  
processionem spiritus sancti a solo patre con-  
tenderet esse, sed quia potissima Ecclesiæ pars  
contrarium sensit ac etiamnum sentit, & cele-  
briores omnes in Ecclesia Dei scriptores  
certissimis uerbi Dei testimonij eam rem  
tuentur

95

tuentur: nullam video causam cur tanto do-  
ctissimorum virorum repudiato consensu te-  
merariam potius paucorum sententiam sequar.  
Num quidem isti allegant locum ubi Christus  
se spiritum sanctum missurum promittit, qui a  
patre procedat? Sed cum post hac ipse Chri-  
stus nominet suum cumque fidelibus omnibus  
tanquam ex pleno diuinitatis fonte largiatur,  
quis neget tam a filio, quam a patre cum pro-  
cedere? Confirmat et hoc Paulus, qui to-  
ties absq; ullo discrimine aliquando spiritum  
Dei patris, aliquando spiritum Christi no-  
cat: Nec aliam sane ob causam Gratiam et  
pacem a Deo patre et Domino nostro Iesu  
Christo Ecclesie comprecatur, nisi quod pa-  
rem utriusq; potestatem in largiendo spiritu  
sancto agnoscat, qui solus tutissimam conscien-  
tias adserit pacem et in solidam gratiae pos-  
sessionem inducit.

Quare tot testimonij uerbi Dei freti  
processionem hanc spiritus, cum potissima  
Ecclesie Dei parte, a patre et filio con-  
stanter asserimus.

a 5 Rogamus

Rogamus autem aeternum Deum patrem ut hoc spiritu sancto suo corda nostra accendat, & absterfa mentis nostrae caligine, clarissimauerbi sui luce nobis affulgeat, ut tandem contentionibus ac dissidijs sepositis omnes sentiamus unum in Christo Iesu Domino nostro, sicuti unicum hunc authorem salutis nostrae & habemus & firmiter credimus,  
*Amen.*

Datum in praediolo meo Biutiskano,

1565. Aprilis 1. die.

## AD CHRISTVM

GEORG. WEIGELIVS.

Christe Dei fili uarij tua cymba procellis  
Fluctuat, appropera, dirige, flecte, iuua.  
Tu uentos compescer truces, fluctusq; minaces,  
Ut tibi perpetuo grata sonemus, *Amen.*

SOLI DEO GLORIA.

